



BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
10 M A
7



NAZIONALE
VITTORIO
EMANUELE
6
10 M A
7

THEOGNIDIS MEGARENSIS SENTENTIÆ ELEGIACÆ,

tentiæ Elegiacæ, cum interpretatione & Scholijs Eliæ Vineti.

ACCESSERVNT ET HORVM
Poetarum opera Sententiosa:

Phocylidis	Rhiani
Pythagoræ	Eratosthenis
Solonis	Panyasidis
Tyrtæi	Lini
Naumachij	Menecratis
Callimachi	Posidippi
Mimnermi	Metrodori
Eueni	Simonidis.



Senariorum libellus.

Omnia in usum Scholarum collecta, & ad uerbum conuersa per IACOBVM HERTELIVM Curiensem.

Adiecta quoq; est omnium uersio Latino carmine à diuersis expressa.

Οὐ πρὸς δ' ἅπαντός ἐστιν ἀρτίσαι καλῶς.

BASILEAE.

AMPLISSIMIS, PIETATE, PRVDENTIA, AC eruditione præstantißimis uiris, D. Coss. & Senatoribus Reipublicæ SALVELDENSIS, Dominis ac patronis suis obseruandiß.

S. P. D.





VANDOQVIDEM, uiri amplissimi, nihil animis hominum magis inhæret, quàm id, cui à teneris consuescunt: idque quod tenerum est, ut ait Seneca, proximis applicatur: uniuersæ hominũ societatis permagni interest, ut ab ineuntibus statim annis mortales optimis, quæ per totam uitam usui futura sint, assuescere discant. Quia uerò ætatis imbecillitate iuuentus ad malum quàm ad bonum procliuior, minus considerat profuturáne an obfutura sint, quæ tractat: opus est, ut per adultiores, quibus cura eius qualicunque modo incumbit, à turpibus ad honesta, à uitijs ad uirtutum

amorem deducatur. Id autẽ nulla commodiore uia, quàm per liberalem institutionẽ, fieri potest. tanta enim eius uis est in utrãq; partem, ut nulla tam bona posſit eſſe natura, quin illius quaſi excolendæ cura intermiſſa, uitioſa reddatur: nulla item tam mala ſit, quæ non ad frugem liberali ac fideli inſtitutione redigatur. Proinde cũ adulta hominũ ætas ad omnia minus docilis tractabilisq; ſit, quàm rudes illi iuuentutis anni, qui inſtar ceræ quálibet impreſsionem facilè admittunt: tum generoſi mores, ut ille ait, imbuendi ſunt, cum tener eſt animus: tum optimis aſſueſcendum, eaq; diſcenda, quæ nec grandinem, nec uim, nec Iouem ipſum, ut Plato inquit, extimeſcãt: quę quoque cũ naufrago ſalua enatare, nec à latronibus eripi queant, cum ad quæuis cereum adhuc eſt ingenium. Nam poſtquam annis iã quaſi diriguit animus, partim ægrè, quorum praua cõſuetudine fuimus infecti, dediſcimus: partim, quę neſcimus, nõ niſi maxima nobis inculcari difficultate poſſunt. Quò elegantiſsima metaphora hac reſpexiſſe uidetur Ouidius:

Quæ præbet latas arbor ſpaciantibus umbras,
Quo poſita eſt primùm tempore, uirga fuit.

Tunc

Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,
Tunc stat in immensum uiribus aucta suis.

Hæc perita rerum antiquitas considerans, quæ nihil non egit, ut Respublicæ optimè constitutæ in suo flore permanerent, iuuentutem, ceu seminarium totius hominum cõuersationis, optimis quibusuis non tam artibus & disciplinis, quàm morum uitæque præceptis imbuendam curauit. Non ignara, & sine literis rudes inertesque, & cum literis parum utiles fore homines, nisi honestati uitæ quàm primùm assuefierent. Plus enim deficere quàm proficere eum, qui doctrina proficit, & moribus deficit, præter Aristotelem, quotidiana docet experientia. Non autem quæuis temerè, & citra delectũ, teneris puerorum animis obtrudi passa est: sed eos autores, qui & pietatem, & præcepta de morum uirtutibus continerent, proposuit. In quorum autorum numero, Poetæ, qui uel mira ingenij industria clarorum uirorum egregia facta in exemplum posteritati descripta reliquissent: uel quàm breuissimis, maximéque illustribus sententijs doctrinam morum essent complexi, suo quodam iure facilè primas obtinuerunt: unde & nomen

illorũ in maximo cultu,maximaq; ueneratione apud optimos quosuis extitisse non ignoramus. Plato, philosophiæ quidã sol, huiusmodi Poetas non dubitat nunc deorum filios, nunc prophetas appellare. Et tãtum abest ut è Repub. sua eiecerit (quod ijs fecisse legitur, qui diuina poeticæ arte ad lasciuiam, turpesque amores abusi erant) ut & ipse testimonijs eorum usus, & alijs exemplo suo præclarissima ipsorum monumenta euoluendi autor fuerit. Sicut eius rei locuples testis est honestissima creberrimaque apud ipsum Solonis, Tyrtæi, Homeri, Hesiodi, & aliorum melioris notæ mentio. Socratem, qui ipsius Apollinis oraculo sapiens pronunciatus est, Euripide Tragico familiarissimè usum esse, nemo nescit. μουσῶν θεράποντες καὶ αὐτῶν ἀφροτῆτες ab Hesiodo & Pindaro nuncupantur. Strabo autem lib.1. de Situ orbis scriptum reliquit, ueteres τὴν πρώτην ποιητικὴν, ut omnium doctrinarum antiquissimam, philosophiam quãdam perhibuisse. Quippe quæ à teneris nos unguiculis ad uiuendi rationes perducat, mores atque affectus edoceat, quæq; gerenda, declinandáue sint, quadam cantus suauitate præcipiat. Et

quò

quò magis suam erga huiusmodi ὕμνων ποιη-
τὰς gratitudinē testatam redderent, iuue-
nesq; ad bonarum rerum studia, morumq;
integritatem excitarent: statuis ac imagi-
nibus eos honestari, poemata ipsorum in
publicis Deorū celebritatibus, alijsq; con-
uentibus recitari, optimasq; sentētias tem-
plorum foribus, tanquam Deo dignas, imò
ab ipsis Numinib. usurpatas, affigi, necnon
aureis preciosisque materijs insculptas ad
omnem posteritatem cōseruari curauerūt.
Quemadmodum ex Platone, Xenophon-
te, Pausania, Plutarcho, Athenæo, alijsque
uetustissimis scriptoribus & iā dicta, & alia
plura de Poetarum excellentia & utilitate
cuiuis obuia sunt: nec patitur epistolæ an-
gustia huc omnia referre. Etsi uerò Chri-
stianæ professionis homines, sinceræ Reli-
gionis Pietatisq; studium nō ab huiusmo-
di autoribus, sed ex sacrosanctæ Scripturæ
fontibus petere debēt & possunt, ut quæ so
la salutem & æternā beatitudinem per Ie-
su Christi ueri Dei, ueriq; hominis me-
ritum credentibus paratam esse monstret,
præceptaque ad Christianam uitam utilia
copiosissimè præscribat: tamen Poetarum
quoque (qualium scripta iuuentuti propo-

 nimus)

nimus) lectionem & usurpatam, & in non contemnẽdo precio habitam, habendámque esse, grauissima sanctissimorum in Ecclesia Dei uirorum exempla & autoritates comprobant: quarum paucissimas, ob eos qui parum dextrè de Poetis sentiũt, in medium proferre placuit. D. Paulum, electum illud Dei omnipotentis organum, Poetarum libros euoluisse, & ut Clemens ait, ad ædificationem curamq; aliorum, testimonijs eorum uti nõ erubuisse, Sacrarum literarũ ueritas testatur. Sic Act. 17. ubi Deum esse probat, Aratum uetustissimũ poetam citat. 1. Cor. 15. ex Menandro Comico malorum consortia fugienda monet, quòd prauis colloquijs boni mores corrumpantur. Cretensium mores Tit. 1. ex Epimenide uate Cretensi graphicè depingẽs ait: *Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.* Gregorius Nazanzenus, ob excellentiam Theologus dictus, scriptis poetarum mirè delectatus est, & sacrorũ carminũ uolumen posteritati reliquit: quod non solùm priscis temporibus propositum est pueris, ut Socrates, Sozomenus, Orosius & Eutropius scribũt, uerùm etiam hodie à doctissimis uiris in delicijs habetur. Quid de Iohanne Chrysosto-

mo

mo Patriarcha Constātinopolitano sub Arcadio & Honorio Impp. anno Christi 401. dicam, qui Aristophanis Comœdijs etiam noctu pro puluino usus est? Quid de Eustathio Thessalonicense, cuius etiam hodie eruditissimi in Homerum, ingeniorum fontem, commentarij extant? Neq; mihi hoc loco temperare queo, quo minus etiam D. Basilij Cæsariensis, cui uirtutum splendor Magni cognomen peperit, uerba adscribā, de eorum Poetarū lectione, qui bonorum hominum dicta factáue narrassent: quales præ cæteris fuerunt, Homerus, Hesiodus, Theognis, Phocylides, Pythagoras, Solon, Tyrtæus, & alij. Sic ergo in Admonitione ad adolescentes, quo pacto ex gentilium scriptis proficere queant, ait: ἐπὶ τούτου παρασκευὴν καὶ ποιηταῖς, καὶ λογοποιοῖς, καὶ ῥήτορσι, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμιλητέον, ὅθεν ἂν μέλλῃ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ὠφέλειά τις ἔσεσθαι. καὶ μετ' ὀλίγον· εἰ μὲν οὖν ἐστί τις οἰκειότης πρὸς ἀλλήλους τοῖς λόγοις, προὔργου ἂν ἡμῖν αὐτῶν ἡ γνῶσις γένοιτο· εἰ δὲ μή, ἀλλὰ τό γε παράλληλα θέντας καταμαθεῖν τὸ διάφορον οὐ μικρὸν εἰς βεβαίωσιν τοῦ βελτίονος. Hoc est: Poetis & oratorib. omnib. hominib. utendū, unde futura sit aliqua utilitas, quæ ad animæ faciat ædificationē. Et paulo pòst: Etsi nostrorum

ſermonum atq; gentilium ulla eſt conuenientia, nobis illorum ualde conferet noticia: ſin minus, eos ſaltem ſimul conferendo differentiam diſcere licebit, cum ad meliores optionem atq; delectum non parum comparatio ualeat, & inferiora ſæpe collata ſint potioribus ornamento. Nec ab his diſſentit Philo ſapientiſsimus, dum libro de Agricultura, de puerorum ſtudijs in hūc modum differit: φυτεύσω δὲ ταῖς μὲν ἐν ἡλικίᾳ παιδικῇ ψυχαῖς μοσχεύματα, ὧν ὁ καρπὸς αὐτὸς τιθηνήσεται. ἔστι δὲ ταῦτα, ἡ τοῦ γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν εὔστοχος ἐπιτήδευσις, ἡ τῶν παρὰ σοφοῖς ποιηταῖς ἀκριβὴς ἔρευνα, γεωμετρία, καὶ ἡ περὶ τοὺς ῥητορικοὺς λόγους μελέτη, καὶ ἡ σύμπασα τῆς ἐγκυκλίου παιδείας μουσική. Quæ uerba Latinis auribus ſic ſonant: Inſeram autem primùm in puerilis ætatis animas, ſurculos, quorum fructus ipſas enutriat. Sunt autem hi, ſcribendi legendique certa induſtria, eorum quæ apud ſapientes poetas habentur diligens ſcrutatio, geometria, oratoriæ facultatis meditatio, & uniuerſa liberalis muſica. Atque hæc quidem de Poetarum autoritate & lectione paucis attigiſſe, non planè ἐκτὸς τῶν ἐλεῶν, ſufficiat. Haud enim pare humeris ſuſciperem prouinciam, ſi ex ſingulis Chri-

ſtianis

ſtianis ſcriptoribus (ut de gentilium myriadibus taceam) poetarum & laudes colligere, & oſorum calumnijs occurrere conarer. Ego itaque tantorum uirorum iudicio & conſilio incitatus, iuuentuti, cuius informandæ mihi quoque cura incumbit, hac in parte, quod ad optimorũ poetarum ſtudium attinet, labore quidem duro, animo uerò non ægro conſulere ſtudeo, cum hanc meam eſſe Spartam non ignorem. Mirificè enim peritæ rerum antiquitatis, quæ, ut Plato uult, κρείττων ἅμα καὶ ἐγγυτέρω θεῶν ἐγένετο, exemplum ſequi, & quantum par eſt, alijs ad idem faciendum autor eſſe placet. Hac de cauſa, cum labores noſtros, quos in Comicorum L. ſcriptis ab interitu uindicandis exhauſimus, bonarum literarum ſtudioſis non ingratos animaduerterem: facilè, nunquam ſatis laudati uiri D. Ioannis Oporini, Compatris ac amici mei obſeruãdiſs. cõſilio acquieui, quo me, ut horũ quoq; poetarum, quos hic damus, ſcripta collecta iuuentutis ſtudijs communicarẽ, incitauit. Theognide ergo γνωμικωτάτῳ, cũ uerſione & doctiſsimis Eliae Vineti Annotationibus, ex arbitrio D. Typographi, præmiſſo, reliquorũ autorum omnium

nium ſcripta ex diuerſis hinc inde autorib. congeſsimus, congeſta fideliter interpretati ſumus, & ad puerorum captũ quàm proximè accommodauimus. Nec iuuenilibus ingenijs inutilem hãc noſtram operam fore ſperamus. Caſtiſsima enim ſaluberrimáque de moribus præcepta proponit, quę uſum non pœnitendum in omnes uitę huius partes, ſi rectè percipiãtur, ſint allatura. Præterea Græcæ linguæ (quæ comptiſsima eſt in his autoribus) cum Latina collatio, non parum emolumenti ad uberiorem eruditionis theſaurum comparandum adferet: ijs præſertim, qui aliàs uiua magiſtri uoce deſtituti, ipſi ſibi præceptores eſſe in Græca literatura coguntur: ut plures commoditates, quas præter iuniores etiam adulti hinc haurire poſſunt, ſciẽs prætercam. Non parum tamen doctiſsima Stobæi interpretatio, unde non paucas ſententias tranſcripſimus, nos iuuit. Verſionem Latino carmine, ſui cuique interpretis nomine præfixo, ne alienis nos ornare plumis uideremur, ſubiecimus, ut Græcæ elegantiæ cum Latina melius perſpiceretur conuenientia, ab ijs qui iam abſque cortice in Gręco ſtudio natare queunt. Nondum carmine reddita,

dita,pro nostra tenuitate pedibus astrinximus,ita ut quàm proximè Græca sententia exprimeretur. Alicubi lectionis uarietas margini est aspersa. His omnibus eiusdem, si non carminis, tamen argumenti libellus Senariorum insertus est, ut quàm absolutissimam de moribus, totaque uita laudabiliter instituenda doctrinam, optimorum hoc Poetarum Opus teneris puerorum animis proponeret.

Hunc autem nostrum laborem, Viri amplissimi, uobis inscribere, librumque Scholæ uestræ consecrare, maximè necessarium duxi: tum, ut sub amplissimi nominis uestri patrocinio (quod quàm eximium erga bonarum artium cultores semper extiterit, manifestius est quàm ut nostro præconio indigeat) tutus à maleuolorum, quorum plena sunt omnia, morsibus in communem iuuentutis usum prodiret: tum inprimis, ut grati tandem animi indicium, licet exiguum, exhiberem pro innumeris Reipublicæ uestræ in me beneficijs. Cum enim puerilium studiorum partem non postremum Scholæ uestræ celeberrimè constitutæ, sub optimis præceptoribus M. CHRISTOPHORO Hoffmanno,

& IOANNE Tumlero(D.CASPARE Aquila primariam Ecclesiæ curam gerente) feram acceptam : gratitudinis officium uidebatur requirere, tam pro his, quàm pro alijs ciuium ueſtrorum in me meritis, chartaceo hoc munuſculo, cum aliud non eſſet, teſtatum omnibus reddere, memoriam humanitatis ueſtræ nondum apud me ſenuiſſe : ſi fortè alij meo exemplo excitati, meliora, nominique ueſtro ampliſsimo magis conuenientia darent, & tandem ἀχαριστίας turpiſsimum crimē à Chriſtiano cœtu exulare inciperet. Etſi uerò per ſe ſatis exiguū eſt munuſculum hoc, nec dignum quod cum P.V. officijs conferatur : tamen, ſi pro ueſtro fauore erga liberalia ſtudia & iuuentutis honeſtam inſtitutionem, offerentis animum reſpexeritis, nō minus gratum confido futurū, quàm ſi uel Colophonium aurum à me P.V. oblatum eſſet. Quæ ſpes ne me fallat, per eam, qua omnes φιλομούσους proſequi ſoletis, beneuolentiam etiam atque etiā oro. Deus opt. maximus, æternus Pater Domini noſtri IESV CHRISTI, P.V. cōſilia & actiones ad ſui nominis gloriam, & Eccleſiæ, Scholæque communem ſalutem dirigat, uoſque omnes in ſui agnitione

ne uera conseruet, Amen. Basileæ, ex Ludo literario ad D. Petrũ, 8. Calend. Febr. Quo die, ut quidam uolunt, ante annos 1527. Paulus Tarsensis ad pœnitentiam reuocatus diuinitùs, hostili in Christianos animo deposito, CHRISTI dogmata amplexus est: quemadmodum Lucas Act. 9. scripsit.

P. V.
deditissimus,
Iacobus Hertelius
Curiensis.

ELIAS VINETVS
Santo Lectori.


VM ocij plurimum anno ſuperiore apud Franciſcum San gelaſium Enguliſmenſis Eccleſiæ Decanum, uirum cùm generis ſplendore, tum ingenij dexteritate apprimè nobilem, nactus fuiſſem: id totum, quantum per aduerſam ualetudinem licuit, in iucundiſsima Græcorum poetarum lectione à me contritum eſt. qua quidem in re conſilium eorum lubens ſecutus ſum, qui antiquos ſcriptores eo legendos ordine cenſent, quo & uixerunt, & ſcripſerunt: quòd recentiores à uetuſtioribus ſemper habeant quidpiã, quod non facilè intelligas, niſi prius illos diligenter legeris. Perlectis igitur, quorum fuit copia, uetuſtiſsimis quibuſque, cuiuſmodi ſunt Homerus & Heſiodus, Theognidem tandem in manus ſumpſi: cuius ſententias licet graues eſſe non dubitarem, eò tamen intellectu mihi faciles fore ſperabam, quòd crederem nihil eſſe illic quod à poſterioribus, quos aliquando legeram, non fuiſſet luculentius tractatum. Verùm

uixdum è portu solueram, cum tot subitò emergunt scopuli, tot statim obortę nubes, cœlumq; diemq; eripiunt oculis, ut à proposito facilè his deterritus fuissem, nisi cupido huius conficiendi æquoris me planè obstinata iá inde cepisset, ex quo primùm à prȩceptoribus meis, Aristotelis aliorumq; ueterum scripta prælegi mihi cœpta fuerát, quæ huius poetæ sententijs ueluti suauissimis flosculis insperfa essent.

Cum igitur pergere obfirmato prorsus animo certum esset, quæ ad tam difficilem periculosamque rem conficiendam condu cere uisa sunt, ea diligenter omnia adhibui, cuiusmodi sunt cùm uariorum codicum, locorumque ex eodem autore ab alijs scriptoribus citatorum diligens collatio: tum syncerum & acre amicorũ meorum, uirorum doctorum, unà cum meo, iudicium: inter quos Petrus Panætius & Iacobus Gupylus, facilè principes. qua quidem diligentia abscisis, abiectis, transpositis multis, effectum tandem est, ut instituto satisfecerim meo, perlegerim bonum poetam, eorumq; quȩ in eo corrupta erant, bonam magnamque partem obiter castigauerim. Cæterùm cum in eo totus essem, Ioanni Lodoico Tiletano

letano, typographo diligentissimo, rem patefeci, cum in eius bibliopolium, quærendi ex eo exemplaris gratia aliquando me contulissem: quam ubi intellexisset, rogauit uehementer, ut si quid haberem in eum autorem, quem esset breui excusurus, communicarem: me sibi, studiosisq; omnibus gratum facturum. Id autem perfacilè impetrauit ille, quando ineunte hac æstate huc ueni, candide Lector: cui in tuam gratiam publicandum tradidi, quicquid fuit nostri in Theognidem laboris. quem autorem utinam tam totum restituere omnino potuissem, quàm cupiebam. Is enim tam deprauatus fuit, tam lacer, tam mancus, ut nulla diligentia, nullo labore, nullis deniq; quantislibet uigilijs id præstare potuerim. quæ res in causa est, ut in Latinum sermonem à me conuersum non habueris. Quod reliquum igitur hîc desiderabitur, id ab alio interim dum fœlicius expectabis, nostro hoc labore, quantuluscunq; est, fruaris, eumq; boni consulas uelim. Vale, Lutetiæ. Calendas Sextil.

1543.

THEOGNIDIS POETAE VITA, per Eliam Vinetum.

THeognides plures legimus apud antiquos scriptores: sed Gnomographus poeta Theognis cùm ætate, tum nominis celebritate alios omnes longè antecessit: de quo licet multa à ueteribus fiat mentio, ut ab Isocrate, Platone, Xenophonte, Aristotele, Plutarcho: citenturq́; passim ab omnibus eius sententiæ, tanquam Apollinis alicuius oracula: tamen perpauca de eo scripta extant. Nam ut de eius morte nihil habemus, sic quo tempore natus sit, quibus parentibus ortus, quod uitæ institutum secutus, quoto ætatis anno uitæ munere defunctus: nusquam, quod quidem legere meminerim, scriptum est. Pauca tantùm quædam de eius patria, & tempore quo floruerit, tradita sunt, eaq́; non admodum inter se constantia, nam eum Megarensem quidem fuisse, uel ex eius carmine liquet, qui sic canit:

Ver.22. ὧδε δέ τις ἐρέει, Θεύγνιδός ἐστιν ἔπη
τοῦ μεγαρέως. ——

Sed cum non una sint Megara, (sex enim enumerantur à Geographis) quæ illa sint, quorum se ciuem profitetur Theognis, quæstio est. Plato, & eum secuti plurimi, Siculum (Sunt & in Sicilia, Megara, quæ prius Hyble) Theognidem faciunt: Stephanus uerò qui scripsit περὶ πόλεων, *& Harpocration, cuius extat in decem Rhetores Lexicon, patriam ipsi inscribunt Megara illa, quæ sunt circa Isthmum, inter Bœotiam, Atticam & Peloponnesum. Platonis uerba sunt hæc libro primo de Legibus:* ποιητὴν

ἢ κατὰ

ἢ καὶ ὑμᾶς μάρτυρα ἔχομεν Θέογνιν, πολίτην τῶν ἐν σικελίᾳ μεγάρων. Authbor grauißimus ille, cui hîc subscribendum uidetur, quòd & antiquior multo, & temporibus Theognidis propinquior fuerit: sed ab eo tamen ut dissentiamus, diuersámque partem sequamur, compellit nos uel unicus ex ipso Theognide locus, ab Harpocratione ad fidem Platoni hac in re detrahendam prolatus, qui est hic:

Ἦλθον μὲν γὰρ ἔγωγε καὶ εἰς Σικελήν ποτε γαῖαν,
  Ἦλθον δ' εὐβοίης ἀμπελόεν πεδίον,
Σπάρτην τ' εὐρώτα δονακοτρόφου ἀγλαὸν ἄστυ,
  Καί μ' ἐφίλευν προφρόνως πάντες ἐπερχόμενον.

Nam hîc, ubi uult ostendere, cuique sua patria nihil esse neque charius, neque suauius, si Siculus fuisset ille, cur inter eas quas diuersas à patria sua regiones se peragrasse dicit, Siciliam etiam recenseret? Hæc satis conuincunt, mea quidem sententia, ex Siculis Megaris non fuisse Theognidem, Quòd autem Stephanus & Harpocration tradunt, Megara, quæ sunt prope Atticam, ut dictum est, eius esse patriam: id, nisi me fallit iudicium, his ipsius poetæ uersibus satis comprobari potest:

Φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην, Ver.771.
  Ἀλκαθόῳ πέλοπος παιδὶ χαριζόμενος.
Αὐτὸς δὲ στρατὸν ὑβριστὴν Μήδων ἀπέρυκε
  Τῆσδε πόλευς. — Et infrà post tres uersus:
  Ἦ γὰρ ἔγωγε δέδοικ' ἀφραδίην ἐσορῶν,
Καὶ στάσιν ἑλλήνων λαοφθόρον. ἀλλὰ σὺ Φοῖβε
  Ἵλαος ἡμετέρην τήνδε φύλασσε πόλιν.

Quandoquidem non uideo, quam aliam urbem possis intelligere per illud τῆσδε πόλεως, & ἡμετέρην τήνδε πόλιν,

quàm Megara, quæ diximus, in qua urbe arcem extruxit Alcathous rex, ut nostra in eum locum Scholia habent. Hæc igitur de Theognidis patria, ex qua aliquando Thebam Ioniæ in Asia urbem confugisse, sub finem suarum Gnomôn innuere uidetur: si locus tamen ille à nobis rectè intellectus sit, ubi uxorem Argyrin nomine, Theognīdi fuisse diximus. Eum tenui fortuna fuisse, ex eodem opere colligere licet. Floruisse uolunt Olympiade quinquagesima nona. Theognidis scriptorum nihil extat, quod ad nos peruenerit, præter γνώμας ἐλεγειακὰς, quamuis scripserit alia multa: inter quæ est (autore Suida) Elegia in Syracusanos, ab obsidione liberatos: quæ res fortasse in causa fuit, ut multi hunc poetam Siculum fuisse crediderint.

ISO-

ISOCRATES AD Nicoclem.

Illud quoq; mihi satis notum fuit, quòd & poemata, & alia scripta suasorij generis, omnes quidem utilissima esse iudicant, ea tamen non libentissimè audiunt. sed eodem erga illa sunt animo, quo erga monitores: quos uniuersi quidem laudant, eorumq; tamen congressus refugiunt, ac malunt cum unà delinquentibus uiuere, quàm cum monitoribus. Hoc uel ex Hesiodi, uel Theognidis, uel Phocylidæ poesi cognoscitur. Nã hos fatentur optima consilia reliquisse uitæ hominum. quamuis autem hoc dicant, malunt mutua sua stulticia potius tempus perdere, quàm in illorum præceptionibus uersari. Præterea si quis è præstantibus poetis, quas Gnomas seu sententias uocant, in quibus illi potissimùm elaborarunt, excerperet, illis etiam nihilo plus delectarentur. Libentius enim comœdiam aliquam nequissimam & ineptissimam audirent, quàm ea quæ ita artificiosè composita sunt.

THEOGNIDIS MEGARENSIS SENTENTIÆ Elegiacæ.



Rex Latonæ fili, Iouis proles, nũquã tui
Obliuiscar exordiens, neq; finiens:
Sed semper primumq;, & ultimum, inq; medijs
Canam: tu autem me audi, & bona da.
Phœbe rex, quãdo equidẽ te dea peperit ueneràda Latona,
Palmam teneram manibus amplexata,
Immortalium pulcherrimum in rotunda palude,
Tota quidem impleta est Delus ingens
Odore diuino: risit uerò terra prodigiosa;
Gauisusq; est profundus pontus maris albicantis.
(O) Diana fericida, filia Iouis, quam Agamemnon
Placauit, quãdo in Troiã nauigabat nauibus ueloci(bus,
Precantẽ me audi, mala autem fata expelle:
Tibi quidẽ hoc, Dea, paruũ, mihi uerò magnũ (est.)
Musæ & Gratiæ filiæ Iouis, quondam Cadmi
Ad nuptias profectæ, pulchrum cecinistis carmen:
Nam quod pulchrum est, amicum: quod non est pulchrum, non amicum est.
Hoc carmen immortalia uẽnit per ora.
Cyrne, docenti quidem mihi signum imponatur
His carminibus, latebit enim nunquã, si surripiatur:
Neq; quisquam mutabit peius, bonum quod adsit.

Sic

ΘΕΟΓΝΙΔΟΣ ΤΟΥ
ΜΕΓΑΡΕΩΣ ΓΝΩΜΑΙ
ἐλεγειακαί.



Ἄνα, λητοῦς υἱέ, Διὸς τέκος, οὔποτε σεῖο
λήσομαι ἀρχόμενος, οὐδ' ἀποπαυόμενος·
ἀλλ' αἰεὶ πρῶτόν τε, καὶ ὕστατον, ἔν τε μέσοισιν
ἀείσω· σὺ δέ μοι κλῦθι, καὶ ἐσθλὰ δίδου.
φοῖβε ἄναξ, ὅτε μέν σε θεὰ τέκε πότνια λητὼ
* φοίνικος ῥαδινῆς χερσὶν ἐφαψαμένη, — * φοίνικος. ῥαδινῆς χερσίν.
ἀθανάτων κάλλιστον ἐπὶ τροχοειδεῖ λίμνῃ,
πᾶσα μὲν ἐπλήσθη Δῆλος ἀπειρεσίη
ὀδμῆς ἀμβροσίης· ἐγέλασσε δὲ γαῖα πελώρη,
γήθησεν δὲ βαθὺς πόντος ἁλὸς πολιῆς.
ἄρτεμι θηροφόνη, θύγατερ Διός, ἣν ἀγαμέμνων
εἵσαθ', ὅτ' ἐς τροίην ἔπλεε νηυσὶ θοαῖς,
εὐχομένῳ μοι κλῦθι, κακὰς δ' ἀπὸ κῆρας ἄλαλκε·
σοὶ μὲν τοῦτο, θεά, σμικρόν, ἐμοὶ δὲ μέγα.
μοῦσαι καὶ χάριτες, κοῦραι Διός, αἵ ποτε κάδμου
ἐς γάμον ἐλθοῦσαι, καλὸν ἀείσατ' ἔπος·
ὅττι καλόν, φίλον ἐστί· τὸ δ' οὐ καλόν, οὐ φίλον ἐστί.
τοῦτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων.
Κύρνε, σοφιζομένῳ μὲν ἐμοὶ σφρηγὶς ἐπικείσθω
τοῖς δ' ἔπεσι, † λήσει δ' οὔποτε κλεπτόμενα· — † λήσει
οὐδέ τις ἀλλάξει κάκιον * τοῦ ἐσθλοῦ παρεόντος. — * τοῦ ἐσθλοῦ

Sic uerò quisq; dicet: Theognidis sunt carmina
Megarensis, omnes quidem inter homines celebris:
Ciuibus uerò nondum omnibus placere possum.
Nihil mirum, (ô) Polypæda: neq; enim Iupiter
Neq; pluens omnibus placet, neq; abstinens.
Tibi uerò ego beneuolus præcepta dabo, qualia ipse,
Cyrne, à bonis (uiris,) puer adhuc existens, didici.
Sapito: neq; turpibus ex factis, neq; iniustis
Honores, neq; potentiam trahe, neq; diuitias.
Hæc quidem sic scito. (cum) malis uerò ne uersare
Viris, sed semper (cum) bonis conuersare:
Et cum eis bibe & comede, & cum eis
Sede: & place illis, quorum magna potestas (est.)
A' bonis enim (uiris) bona disces: si uerò malis
Commiscearis, perdes & quam habeas mentem.
Hæc cũ didiceris, cũ bonis cõuersare: & aliquãdo dices,
Bene consulere amicis me.
Cyrne, uterũ fert ciuitas hæc. timeo aũt, ne pariat uirũ
Correctorem malæ insolentiæ uestræ.
Ciues enim adhuc illi (sunt) modesti: præfecti uerò
Versi sunt multam in nequitiam cadere.
Nullam unquam Cyrne boni ciuitatẽ perdiderunt uiri,
Sed quando contumeliosis esse malis placuerit,
Populumq; corruperint, iudiciaq; iniustis dederint,
Propriorum lucrorum causa, & potentiæ:
Spera non diu illam ciuitatem quietam fore,
Etsi nunc manet multa in quiete;

ὧδε δὲ πᾶς ἐρέει, Θεόγνιδός ἐστιν ἔπη
τοῦ μεγαρέως, πάντας δὲ κατ' ἀνθρώπους ὀνομαστοῦ,
ἀστοῖσιν δ' οὔπω πᾶσιν ἁδεῖν δύναμαι.
οὐδὲν θαυμαστὸν πολυπαΐδη. οὐδὲ γὰρ ὁ ζεὺς
οὔθ' ὕων πάντας ἁνδάνει, οὐδ' ἀνέχων.
σοὶ δ' ἐγὼ εὖ φρονέων ὑποθήσομαι, οἷά περ αὐτὸς,
Κύρν', ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν, παῖς ἔτ' ἐὼν, ἔμαθον.
πέπνυσο, μήδ' αἰσχροῖσιν ἐπ' ἔργμασι, μήδ' ἀδίκοισι
τιμὰς, μηδ' ἀρετὰς ἕλκεο, μήδ' ἄφενος.
ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι. κακοῖσι δὲ μὴ προσομίλει
ἀνδράσιν, ἀλλ' αἰεὶ τῶν ἀγαθῶν ἔχεο,
καὶ μετὰ τοῖσιν πῖνε καὶ ἔσθιε, καὶ μετὰ τοῖσιν
ἵζε, καὶ ἅνδανε τοῖς, ὧν μεγάλη δύναμις.
ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ μαθήσεαι. ἢν δὲ κακοῖσι
συμμιχθῇς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.
ταῦτα μαθὼν ἀγαθοῖσιν ὁμίλεε, καί ποτε φήσεις
εὖ συμβουλεύειν τοῖσι φίλοισιν ἐμέ.
Κύρνε κύει πόλις ἥδε, δέδοικα δὲ, μὴ τέκῃ ἄνδρα
εὐθυντῆρα κακῆς ὕβριος ὑμετέρης.
ἀστοὶ μὲν γὰρ, ἔθ' οἵδε σαόφρονες, ἡγεμόνες δὲ
τετράφαται πολλὴν ἐς κακότητα πεσεῖν.
οὐδεμίαν πω Κύρν' ἀγαθοὶ πόλιν ὤλεσαν ἄνδρες.
ἀλλ' ὅταν ὑβρίζειν τοῖσι κακοῖσιν ἁδῇ,
δῆμόν τε φθείρωσι, δίκας τ' ἀδίκοισι διδῶσι
οἰκείων κερδῶν εἵνεκα, καὶ κράτεος·
ἔλπεο μὴ δηρὸν κείνην πόλιν ἀτρεμέεσθαι,
μήδ' εἰ νῦν κεῖται πολλῇ ἐν ἡσυχίῃ,

εὖτ'

Cùm malis amica uiris hæc fuerint
Lucra publico cum malo uenientia.
Ex his enim seditio est, & intestinæ cædes uirorum,
Rex uerò ciuitati nunquam illi placeat.
Cyrne ciuitas quidẽ adhuc, hæc ciuitas (est), populi autẽ
Qui prius neq; iura nouerant, neq; leges: (alij,
Sed circum latera pellem caprarum atterebant:
Foris aũt, tanquã cerui, hanc depascebãtur ciuitatẽ:
Et nũc sunt boni (ô) Polypæda. at (qui) prius boni (erãt),
Nunc mali (sunt.) quisnam hæc ferret respiciens?
Se inuicem autem decipiunt, alij alios ridentes,
Neq; malorum rationes cognoscẽtes, neq; bonorum.
Neminem horum amicum fac (ô) Polypæda ciuium
Ex animo, utilitatis causa alicuius:
Sed uidearis quidem omnibus lingua amicus esse,
Rem uerò communices nemini ullam
Seriam. cognosces enim improborum mentes uirorum,
Quòd ipsis in factis fides est nulla:
Sed dolos, deceptionesq;, uersutiasq; dilexerunt
Sic, ut uiri non amplius incolumes.
Nunquam Cyrne improbo fidens consulta cum uiro,
Quando seriam rem uolueris facere:
Sed ad probum profectus, consulta multum laborans,
Et longum pedibus Cyrne iter peragens.
Rem uerò ne amicis omnino cõmunica cùm omnibus:
Pauci sanè è multis fidelem habent mentem.
Paucis fidens magnas uiris res aggredere:

εὖτ' ἂν τοῖσι κακοῖσι φίλ' ἀνδράσι ταῦτα γένηται
κέρδεα δημοσίῳ σὺν κακῷ ἐρχόμενα.
ἐκ τῶν γὰρ στάσις ἐστὶ, καὶ ἔμφυλοι φόνοι ἀνδρῶν·
μούναρχος δὲ πόλει μή ποτε τῇδε ἅδοι.
Κύρνε πόλις μὲν ἔθ' ἥδε πόλις, λαοὶ δὲ δὴ ἄλλοι,
οἳ πρόσθ' οὔτε δίκας ᾔδεσαν, οὔτε νόμους.
ἀλλ' ἀμφὶ πλευρῇσι δορὰς αἰγῶν κατέτριβον,
ἔξω δ', ὥστ' ἔλαφοι, τήνδ' ἐνέμοντο πόλιν·
καὶ νῦν εἰσ' ἀγαθοὶ Πολυπαΐδη, οἱ δὲ πρὶν ἐσθλοὶ,
νῦν δειλοί. τίς κεν ταῦτ' ἀνέχοιτ' ἐσορῶν;
ἀλλήλους δ' ἀπατῶσιν, ἐπ' ἀλλήλοισι γελῶντες,
οὔτε κακῶν γνώμας εἰδότες, οὔτ' ἀγαθῶν.
μηδένα τῶνδε φίλον ποιοῦ Πολυπαΐδη ἀστῶν
ἐκ θυμοῦ, χρείης οὕνεκα μηδεμίης.
ἀλλὰ δόκει μὲν πᾶσιν ἀπὸ γλώσσης φίλος εἶναι,
χρῆμα δὲ συμμίξῃς μηδενὶ μηδοτιοῦν
σπουδαῖον. γνώσῃ γὰρ ὀϊζυρῶν φρένας ἀνδρῶν,
ὥς σφιν ἐπ' ἔργοισιν πίστις ἔτ' οὐδεμία.
ἀλλὰ δόλους, ἀπάτας τε, πολυπλοκίας τ' ἐφίλησαν
οὕτως, ὡς ἄνδρες μηκέτι σωζόμενοι.
μήποτε Κύρνε κακῷ πίσυνος βούλευε σὺν ἀνδρὶ,
εὖτ' ἂν σπουδαῖον πρῆγμ' ἐθέλῃς τελέσαι·
ἀλλὰ μετ' ἐσθλὸν ἰὼν, βουλεύεο πολλὰ μογήσας,
καὶ μακρὴν ποσὶν Κύρν' ὁδὸν ἐκτελέσας.
πρῆξιν μηδὲ φίλοισιν ὅλως ἀνακοίνεο πᾶσι·
παῦροί τοι πολλῶν πιστὸν ἔχουσι νόον.
παύροισιν πίσυνος μεγάλ' ἀνδράσιν ἔργ' ἐπιχείρει,

μή ποτ'

Ne fortè insanabilem Cyrne accipias dolorem.
Fidelis uir auroq; & argento rependi
Dignus(est)in molesta Cyrne seditione.
Paucos inuenies(ô)Polypæda uiros amicos,
Fideles in difficilibus rebus persistentes:
Qui ausint,concordem animum habentes,
Aequè bonorum malorumq; participes esse.
Hos uerò non inuenies quærens,neq; inter omnes
Homines,quos nauis non una omnes agit,
Quibus in lingua & oculis inest
Pudor:neq; ad turpem rem quæstus agit.
Ne me uerbis quidẽ cole:mentẽ aũt habe & præcordia
Si me amas,& tibi fidelis inest mens. (alibi;
Aut me ama,puram afferens mentẽ:aut me refugiens,
Odio prosequere, manifestè contentionẽ suscipiens.
Qui uerò unica lingua dupliciter habet mentẽ,hic ami
Grauis Cyrne,inimicus melior q̃ amicus existẽs.(cus
Si quis laudabit te tanto tempore,quanto uiderit(te),
Separatus uerò(à te) aliò linguam mittit malam:
Talis profectò sodalis uir, amicus(est)non ualde bonus,
Qui dixerit lingua optima,cogitat autem alia.
Sed sit talis mihi amicus,qui amicum me
Cognoscens,iracundiã,ei grauẽ(me)existẽtem,ferat
Pro fratre.Tu autem mihi amice hæc in animo
Considera,& aliquãdo mei memineris in posterũ.
Nullus hominum persuadeat improbum uirum amare,
Cyrne.quæ enim est utilitas,ille uir amicus si sit?

Neq;

μήποτ' ἀνήκεστον Κύρνε λάβῃς ἀνίην.
πιστὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι
ἄξιος ἐν χαλεπῇ Κύρνε διχοστασίῃ.
παύρους εὑρήσεις Πολυπαΐδη ἄνδρας ἑταίρους,
πιστοὺς ἐν χαλεποῖς πρήγμασι γιγνομένους·
οἵτινες ἂν τολμῷεν, ὁμόφρονα θυμὸν ἔχοντες,
ἶσον τῶν ἀγαθῶν τῶν τε κακῶν μετέχειν.
τοὺς δ' οὐχ εὑρήσεις διζήμενος, οὐδ' ἐπὶ πάντας
ἀνθρώπους, οὓς ναῦς μὴ μία πάντας ἄγοι,
οἷσιν ἐπὶ γλώσσῃ τε καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἔπεστιν
αἰδὼς, οὐδ' αἰσχρὸν χρῆμ' ἔπι κέρδος ἄγει.
μή μ' ἔπεσιν μὲν στέργε, νόον δ' ἔχε φρένας ἄλλῃ,
εἴ με φιλεῖς, καί σοι πιστὸς ἔνεστι νόος.
ἤ με φίλει, καθαρὸν θέμενος νόον, ἤ μ' ἀποειπὼν
ἔχθαιρ', ἀμφαδίην νεῖκος ἀειράμενος.
ὃς δὲ μιῇ γλώσσῃ δίχ' ἔχει νόον, οὗτος ἑταῖρος
δεινὸς Κύρν', ἐχθρὸς βέλτερος ἢ φίλος ὤν.
εἴ τις ἐπαινέσει σε τόσον χρόνον, ὅσον ὁρῴη,
νοσφισθεὶς δ' ἄλλῃ γλῶσσαν ἵησι κακὴν,
τοιοῦτός τοι ἑταῖρος ἀνὴρ φίλος οὔτι μάλ' ἐσθλὸς,
ὅς κ' εἴπῃ γλώσσῃ λῷστα, φρονεῖ δ' ἕτερα.
ἀλλ' εἴη τοιοῦτος ἐμοὶ φίλος, ὃς τὸν ἑταῖρον
γιγνώσκων, ὀργὴν καὶ βαρὺν ὄντα φέρει
ἀντὶ κασιγνήτου. σὺ δέ μοι φίλε ταῦτ' ἐνὶ θυμῷ
φράζεο, καί ποτέ μου μνήσεαι ἐξοπίσω.
μηδεὶς ἀνθρώπων πείσῃ κακὸν ἄνδρα φιλῆσαι
Κύρνε, τί δ' ἔστ' ὄφελος κεῖνος ἀνὴρ φίλος ὤν;

οὔτ'

Neq; te ex graui labore liberauerit & detrimento:
Neq; bonũ habẽs, illius (te) participẽ facere uoluerit.
Improbis uerò benefacienti uanißima gratia est:
Perinde (est) ac seminare pontum maris albi.
Neq; .n. pontũ seminans, profundã segetẽ metas:
Neq; malis benefaciẽs, beneficiũ uicißim accipias ab (eis.
Inexplebilẽ .n. habẽt improbi mẽtẽ. si uerò (in) uno aberraris,
Superiorũ omnium effusa perijt amicitia.
At probi plurimùm fruuntur beneficio accepto:
Memoriã aũt habent beneficiorũ, & gratiã posteà.
Nunquam malum uirum, amicum fac sodalem:
Sed semper fuge, tanquam malum portum.
Multi sanè potus & cibi sunt amici:
In seria autem re pauciores (sunt amici.)
Fucato uerò uiro cognitu difficilius nihil (est)
Cyrne, neq; cautionis est maioris.
Auri adulterini & argenti intolerabile detrimentum
Cyrne, & inuenire facile (est) uiro sapienti.
Si autem amici mens uiri in pectoribus latuerit
Tenuis existens, dolosum uerò in præcordijs cor habeat:
Hoc Deus fucatißimum fecit hominibus,
Et cognitu omnium hoc difficilimum.
Non enim poteris cognoscere uiri mentẽ, neq; fœminæ,
Priusquam tentaueris ceu iumentum.
Neq; poteris cõiectare, tanquã aliquãdo tẽpestiuè prospectus:
Sæpe enim animum fallunt species.
Neq; potentia opta (ô) Polypæda (te) eximium esse,

Neq;

οὔτ' ἄν σ' ἐκ χαλεποῖο πόνου ῥύσαιτο καὶ ἄτης,
οὔτε κεν ἐσθλὸν ἔχων, τοῦ μεταδοῦν ἐθέλει.
Δειλοὺς εὖ ἔρδοντι ματαιοτάτη χάρις ἐστί·
ἶσον καὶ σπείρειν πόντον ἁλὸς πολιῆς.
οὔτε γὰρ ἂν πόντον σπείρων βαθὺ λήιον ἀμῷς,
οὔτε κακοὺς εὖ δρῶν, εὖ πάλιν ἀντιλάβοις.
ἄπληστον γὰρ ἔχουσι κακοὶ νόον. ἢν δ' ἓν ἁμάρτῃς,
τῶν πρόσθεν πάντων ἐκκέχυται φιλότης.
οἱ δ' ἀγαθοὶ τὸ μέγιστον ἐπαυρίσκουσι παθόντες,
μνῆμα δ' ἔχουσ' ἀγαθῶν, καὶ χάριν ἐξοπίσω.
μήποτε τὸν κακὸν ἄνδρα φίλον ποιεῖσθαι ἑταῖρον,
ἀλλ' αἰεὶ φεύγειν, ὥστε κακὸν λιμένα.
πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιος εἰσὶν ἑταῖροι,
ἐν δὲ σπουδαίῳ πράγματι παυρότεροι.
κιβδήλου δ' ἀνδρὸς γνῶναι χαλεπώτερον οὐδέν,
Κύρν', οὐδ' εὐλαβίης ἐστὶ περὶ πλέονος.
χρυσοῦ κιβδήλοιο καὶ ἀργύρου ἄχετος ἄτη
Κύρνε, καὶ ἐξευρεῖν ῥᾴδιον ἀνδρὶ σοφῷ.
εἰ δὲ φίλου νόος ἀνδρὸς ἐνὶ στήθεσι λέληθε
ψυδρὸς ἐὼν, δόλιον δ' ἐν φρεσὶν ἦτορ ἔχει,
τοῦτο θεὸς κιβδηλότατον ποίησε βροτοῖσι,
καὶ γνῶναι πάντων τοῦτ' ἀνιηρότατον.
οὐ γὰρ ἂν εἰδείης ἀνδρὸς νόον, οὔτε γυναικὸς,
πρὶν πειραθείης ὥσπερ ὑποζυγίου.
οὐδέ κεν εἰκάσαις, ὥσπερ ποτ' ἐς ὥριον ἐλθών·
πολλάκι γὰρ γνώμην ἐξαπατῶσ' ἰδέαι.
μήτ' ἀρετὴν εὔχου Πολυπαΐδη ἔξοχος εἶναι,

Neq; te ex graui labore liberauerit & detrimento:
Neq; bonū habēs, illius (te) participē facere uoluerit.
Improbis uerò benefacienti uanißima gratia est:
Perinde (est) ac seminare pontum maris albi.
Neq;.n. pontū seminans, profundā segetē metas:
Neq; malis benefaciēs, beneficiū uicißim accipias ab (eis.
Inexplebilē.n. habēt improbi mētē. si uerò (in) uno aber
Superiorū omnium effusa perijt amicitia. (raris,
At probi plurimùm fruuntur beneficio accepto:
Memoriā aūt habent beneficiorū, & gratiā posteà.
Nunquam malum uirum, amicum fac sodalem:
Sed semper fuge, tanquam malum portum.
Multi sanè potus & cibi sunt amici:
In seria autem re pauciores (sunt amici.)
Fucato uerò uiro cognitu difficilius nihil (est)
Cyrne, neq; cautionis est maioris.
Auri adulterini & argenti intolerabile detrimentum
Cyrne, & inuenire facile (est) uiro sapienti.
Si autem amici mens uiri in pectoribus latuerit
Tenuis existens, dolosum uerò in præcordijs cor ha-
Hoc Deus fucatißimum fecit hominibus, (beat:
Et cognitu omnium hoc difficilimum.
Non enim poteris cognoscere uiri mentē, neq; fœminæ,
Priusquam tentaueris ceu iumentum.
Neq; poteris cōiectare, tanquā aliquādo tēpestiuè pro-
Sæpe enim animum fallunt species. (fectus:
Neq; potentia opta (ô) Polypæda (te) eximium esse,

Neq;

οὔτ' ἄν σ' ἐκ χαλεποῖο πόνου ῥύσαιτο καὶ ἄτης,
οὔτε κεν ἐσθλὸν ἔχων, τοῦ μεταδοῦν ἐθέλοι.
δειλοὺς εὖ ἔρδοντι ματαιοτάτη χάρις ἐστί·
ἶσον καὶ σπείρειν πόντον ἁλὸς πολιῆς.
οὔτε γὰρ ἂν πόντον σπείρων βαθὺ λήϊον ἀμῷς,
οὔτε κακοὺς εὖ δρῶν, εὖ πάλιν ἀντιλάβοις.
ἄπληστον γὰρ ἔχουσι κακοὶ νόον. ἢν δ' ἓν ἁμάρτῃς,
τῶν πρόσθεν πάντων ἐκκέχυται φιλότης.
οἱ δ' ἀγαθοὶ τὸ μέγιστον ἐπαυρίσκουσι παθόντες,
μνῆμα δ' ἔχουσ' ἀγαθῶν, καὶ χάριν ἐξοπίσω.
μήποτε τὸν κακὸν ἄνδρα φίλον ποιεῖσθαι ἑταῖρον,
ἀλλ' αἰεὶ φεύγειν, ὥστε κακὸν λιμένα.
πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιος εἰσὶν ἑταῖροι,
ἐν δὲ σπουδαίῳ πράγματι παυρότεροι.
κιβδήλου δ' ἀνδρὸς γνῶναι χαλεπώτερον οὐδέν,
Κύρν', οὐδ' εὐλαβίης ἐστὶ περὶ πλέονος.
χρυσοῦ κιβδήλοιο καὶ ἀργύρου ἄχετος ἄτη
Κύρνε, καὶ ἐξευρεῖν ῥᾴδιον ἀνδρὶ σοφῷ.
εἰ δὲ φίλου νόος ἀνδρὸς ἐνὶ στήθεσι λέληθε
ψεδνὸς ἐών, δόλιον δ' ἐν φρεσὶν ἦτορ ἔχει,
τοῦτο θεὸς κιβδηλότατον ποίησε βροτοῖσι,
καὶ γνῶναι πάντων τοῦτ' ἀνιηρότατον.
οὐ γὰρ ἂν εἰδείης ἀνδρὸς νόον, οὔτε γυναικὸς,
πρὶν πειραθείης ὥσπερ ὑποζυγίου.
οὐδέ κεν εἰκάσαις, ὥσπερ ποτ' ἐς ὥριον ἐλθών·
πολλάκι γὰρ γνώμην ἐξαπατῶσ' ἰδέαι.
μήτ' ἀρετὴν εὔχου Πολυπαΐδη ἔξοχος εἶναι,

Neq; facultatibus: duntaxat aut uiro adsit fortuna.
Nihil in humanis patre & matre melius
Est, quibus sanctum Cyrne curæ est ius.
Nemo Cyrne damni & lucri causa ipse(est):
Sed dij horum datores amborum.
Neq; quispiam hominum facit, in præcordijs intuitus
In finem, an bonum fiat, an malum.
Sæpe enim putans(se)facturum malum, bonum fecit:
Et putans(se)facturum bonum, fecit malum.
Neq; cuiquam hominū adueniunt, quæcunq; uoluerit:
Impediunt enim grauis fines impoßibilitatis.
(Nos)homines autem uana existimamus, scientes nihil:
Dij uerò secūdum suam omnia perficiunt mentem.
Nemo unquam, hospitem(ô)Polypæda, qui fefellerit,
Atq; supplicem, mortalium, immortales latuit.
Fac malis autem iustè paucis cum facultatibus uiuere,
Quàm diues esse, iniustè opes adeptus:
In iusticia autem comprehensim omnis uirtus inest:
Omnisq; uir bonus(est)Cyrne, iustus qui est.
Diuitias quidem dæmon etiam improbißimo uiro dat:
Sed uirtus paucos uiros Cyrne comitatur.
Iniuriam Cyrne deus primum malum dedit uiro,
Cuius futurus est locum nullum ponere.
Parit profectò satietas iniuriam, quando improbū opes
Hominem, & cui non mens sana sit. (secutæ sint
Nunquam mihi paupertatem perniciosam, uiro iratus,
Neq; egestatem Cyrne malam obijce.

Iupiter

μήτ' ἄφενος μοῦνον δ' ἀνδρὶ γένοιτο τύχη.
οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι πατρὸς καὶ μητρὸς ἄμεινον
ἔπλετο, τοῖς ὁσίη Κύρνε μέμηλε δίκη.
οὐδεὶς Κύρν' ἄτης καὶ κέρδεος αἴτιος αὐτός,
ἀλλὰ θεοὶ τούτων δώτορες ἀμφοτέρων.
οὐδέ τις ἀνθρώπων ἐργάζεται, ἐν φρεσὶν εἰδὼς
ἐς τέλος, εἴτ' ἀγαθὸν γίγνεται, εἴτε κακόν.
πολλάκι γὰρ δοκέων θήσειν κακὸν ἐσθλὸν ἔθηκε,
καί τε δοκῶν θήσειν ἐσθλὸν, ἔθηκε κακόν.
οὐδέ τῳ ἀνθρώπων παραγίνεται, ὅσσ' ἐθέλῃσι·
ἴσχει γὰρ χαλεπῆς πείρατ' ἀμηχανίης.
ἄνθρωποι δὲ μάταια νομίζομεν, εἰδότες οὐδέν·
θεοὶ δὲ κατὰ σφέτερον πάντα τελοῦσι νόον,
οὐδείς πω ξεῖνον Πολυπαΐδη ἐξαπατήσας,
οὐδ' ἱκέτην, θνητῶν, ἀθανάτους ἔλαθεν.
βούλεο δ' εὐσεβέως ὀλίγοις σὺν χρήμασιν οἰκεῖν,
ἢ πλουτεῖν, ἀδίκως χρήματα πασάμενος.
ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή † ἐστι· † 'στι
πᾶς δέ τ' ἀνὴρ ἀγαθὸς Κύρνε, δίκαιος ἐών.
χρήματα μὲν δαίμων καὶ παγκάκῳ ἀνδρὶ δίδωσιν,
ἡ δ' ἀρετὴ ὀλίγοις ἀνδράσι Κύρν' ἕπεται.
ὕβριν Κύρνε θεὸς πρῶτον κακὸν ὤπασεν ἀνδρί,
οὗ μέλλει χώρην μηδεμίαν θέμεναι.
τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται
ἀνθρώπῳ, καὶ ὅτῳ μὴ νόος ἄρτιος ᾖ.
μή ποτέ μοι πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ χαλεφθεὶς,
* μὴ δ' ἀχρημοσύνην Κύρνε κακὴν πρόφερε. * μήδ'

Iupiter enim sanè libram inclinat aliàs alij,
Interdũ quidẽ ditescere, interdũ uerò nihil habere.
Nunquã Cyrne uẽdita uerbũ magnũ:nouit enim nemo
Hominum,quid nox & dies uiro perficiat.
Multi quidem utũtur malis cõsilijs,numine aũt dextro:
Quibus quod malum uidebatur,cedit in bonum.
Sunt uerò(alij,)qui & cõsilio bono,& numine sinistro
Res gerunt,finis autem rebus non succedit.
Nemo hominum neq; diues,neq; pauper,
Neq; malus sine numine,neq; bonus(est.)
Aliud alij malum est.reuera autem beatus nemo(est)
Hominum,quotquot sol intuetur.
Quem autem dij amant,& inuidus laudat,
Viri uerò studium est nullum.
Deos ora,quibus est magna potestas.nihil sine dijs
Est hominibus,neq; bona,neq; mala.
Virũ bonũ paupertas,quàm aliæ res oẽs, domat magis,
Et(quàm)senectus cana,Cyrne,&(quàm)febris.
Quã quidẽ(paupertatẽ)oportet fugere,et in immẽsum
Proijcere,& petras,Cyrne,contra altas. (mare
Omnis.n.uir paupertate domitus,neq; quicquã dicere,
Neq; facere potest:lingua uerò illi ligata est.
Oportet igitur simul super terram & lata dorsa maris
Quærere grauis,Cyrne,liberationem paupertatis.
Mori(ô)amice Cyrne pauperi melius est uiro,
Quàm uiuere dura afflictum paupertate.
Arietes quidem,& asinos quærimus,Cyrne,& equos

Gene-

Ζεὺς γάρ τοι τὸ τάλαντον ἐπιρρέπῃ ἄλλοτι ἄλλῳ,
ἄλλοτε μὲν πλουτεῖν, ἄλλοτε δ' οὐδὲν ἔχειν.
μήποτε Κύρν' ἀγορᾶσθαι ἔπος μέγα· οἶδε γὰρ οὐδεὶς
ἀνθρώπων, ὅ,τι νὺξ χ' ἡμέρα ἀνδρὶ τελεῖ.
πολλοί τοι χρῶνται δειλαῖς φρεσὶ, δαίμονι δ' ἐσθλῷ,
οἷς τὸ κακὸν δοκέον γίγνεται εἰς ἀγαθόν.
εἰσὶν δ' οἳ βουλῇ τ' ἀγαθῇ καὶ δαίμονι φαύλῳ
μοχθίζουσι, τέλος δ' ἔργμασιν οὐχ ἕπεται.
οὐδεὶς ἀνθρώπων οὔτ' ὄλβιος, οὔτε πενιχρὸς,
οὔτε κακὸς νόσφιν δαίμονος, οὔτ' ἀγαθός.
ἀλλ' ἄλλῳ κακόν ἐστι, τὸ δ' ἀτρεκὲς, ὄλβιος οὐδεὶς
ἀνθρώπων, ὁπόσους ἠέλιος καθορᾷ.
ὃν δὲ θεοὶ τιμῶσιν, ὁ καὶ μωμεύμενος αἰνεῖ,
ἀνδρὸς δὲ σπουδὴ γίγνεται οὐδεμία.
θεοῖς εὔχου, οἷς ἐστι μέγα κράτος. οὔτι ἄτερ θεῶν
γίγνεται ἀνθρώποις, οὔτ' ἀγαθ' οὔτε κακά.
ἄνδρ' ἀγαθὸν πενίη πάντων δάμνησι μάλιστα,
καὶ γήρως πολιοῦ, Κύρνε, καὶ ἠπιάλου.
ἣν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ εἰς μεγακήτεα πόντον
ῥίπτειν, καὶ πετρῶν Κύρνε κατ' ἠλιβάτων.
πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος οὔτε τι εἰπεῖν,
οὔθ' ἔρξαι δύναται· γλῶσσα δέ οἱ δέδεται.
χρὴ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης
δίζεσθαι χαλεπῆς Κύρνε λύσιν πενίης.
τεθνάμεναι φίλε Κύρνε πενιχρῷ βέλτερον ἀνδρὶ,
ἢ ζώειν χαλεπῇ τειρόμενον πενίῃ.
κριοὺς μὲν, καὶ ὄνους διζήμεθα Κύρνε, καὶ ἵππους

Generosos, & quisq; uult ex bonis (renuit
Admittere: ducere aũt malã (uxorẽ) mali uiri filiã non
Generosus uir; si ei pecunias multas dederit:
Nulla (fœmina) mali uiri recusat esse uxor
Diuitis, q̃n diuitẽ uult (maritũ) loco boni. (uxorẽ,
Opes quidẽ æstimãt: & ex malo (uiro ortã) bonus duxit
Et malus ex bono (ortã:) (cũ) diuitijs miscuit genus.
Itaq; ne mirare genus (ô) Polypæda ciuium
Labefactari: cum enim miscentur bona malis,
Ipse quidem hanc, cognoscens malo patre ortam esse,
In ædes (suas) ducit, opibus (illius) inductus;
Nobilis ignobilẽ, quandoquidem fortis ipsum necessitas
Cogit, quæ uiri fecit miseram mentem.
Opes uerò cui à Ioue, & cum iusticia uiro fuerint,
Et integrè, semper quidem stabile est:
Si uerò iniustè præter tempus uir lucri cupido animo
Acquiret, siue iureiurando præter iustum capiens,
Statim quidem ferre lucrum uidetur, in finem uerò
Rursum est damnum. Deorum. n. superior est mens.
Sed hæc hominũ fallunt mentem. non enim super ipsos
Fiunt beati rei erroris.
Sed hic quidẽ ipse soluit malum debitũ, ille uerò charis
Noxam postea liberis appendit.
Aliũ uerò non apprehendit uindicta. mors. n. impudens
Prius super palpebras sedebat, fatum afferens.
Nemo profectò exuli amicus & fidelis sodalis (est),
Exilio autem est hoc acerbius.

Vinum

εὐγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
βήσεσθαι· γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει
ἐσθλὸς ἀνήρ, ἤν οἱ χρήματα πολλὰ διδῷ.
οὐδὲ γυνὴ κακοῦ ἀνδρὸς ἀναίνεται εἶναι ἄκοιτις
πλουσίου, ἀλλ' ἀφνεὸν βούλεται ἀντ' ἀγαθοῦ.
χρήματα μὲν τιμῶσι, καὶ ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἔγημε,
καὶ κακὸς ἐξ ἀγαθοῦ· πλοῦτος ἔμιξε γένος.
οὕτω μὴ θαύμαζε γένος πολυπαΐδη ἀστῶν
μαυροῦσθαι· σὺν γὰρ μίσγεται ἐσθλὰ κακοῖς.
αὐτός τοι ταύτην εἰδὼς κακόπατριν ἐοῦσαν
εἰς οἴκους ἄγεται, χρήμασι πειθόμενος,
εὔδοξος κακόδοξον· ἐπεὶ κρατερή μιν ἀνάγκη
ἐντύνει, ἥτ' ἀνδρὸς τλήμονα θῆκε νόον.
χρήματα δ' ᾧ Διόθεν καὶ σὺν δίκῃ ἀνδρὶ γένηται,
καὶ καθαρῶς, αἰεὶ γὰρ μόνιμον τελέθει.
εἰ δ' ἀδίκως παρὰ καιρὸν ἀνὴρ φιλοκερδέϊ θυμῷ
κτήσεται, εἴθ' ὅρκῳ πὰρ τὸ δίκαιον ἑλών,
αὐτίκα μέν τι φέρειν κέρδος δοκεῖ, ἐς δὲ τελευτὴν
αὖθις ἔγεντο κακόν· θεῶν δὲ ὑπερέσχε νόος.
ἀλλὰ τάδ' ἀνθρώπων ἀπατᾷ νόον· οὐ γὰρ ἐπ' αὐτοῖς
γίνονται μάκαρες πρήγματος ἀμπλακίης.
ἀλλ' ὁ μὲν αὐτὸς τῖσε κακὸν χρέος, οὐδὲ φίλοισιν
ἄτην ἐξοπίσω παισὶν ἐπεκρέμασεν.
ἄλλον δ' οὐ κατέμαρψε δίκη· θάνατος γὰρ ἀναιδὴς
πρόσθεν ἐπὶ βλεφάροις ἕζετο, κῆρα φέρων.
οὐδείς τοι φεύγοντι φίλος καὶ πιστὸς ἑταῖρος,
τῆς δὲ φυγῆς ἐστι τοῦτ' ἀνιηρότερον.

Vinũ ſanè potare multũ, malum (eſt): ſi uerò quis ipſum
Potarit prudenter, non malum, ſed bonum (eſt).
Cyrne amicos ſecũdum omnes commuta uarios mores,
Ingenium temperans, quod quiſq; habet.
Polypi mentem obtine uerſipellis, qui ad petram,
Cui adhæſerit, talis uiſu apparet.
Nunc quidem hàc ſequere, aliquando alius colore fias:
Celeris mutatio quidem ſapientia eſt morum.
Neq; nimis indignare, cum perturbantur ciues,
Cyrne: media autem perge uia, quomodo ego.
Quiſquis quidem putat proximum ſuum ſcire nihil,
Sed ſe ipſe ſolum uaria conſilia habere:
Ille ſanè amens eſt, mente priuatus bona:
Aequè enim omnes uaria ſcimus.
Sed hic quidem non uult turpes quæſtus ſequi:
Alteri uerò, doli magis infideles placent.
Diuitiarum autem nullus (eſt) finis certus hominibus.
Qui.n. nunc ex nobis plurimas habent facultates,
Duplo augere (eas) properant. quiſnã ſaturauerit om-
Opes quidem mortalibus ſunt amentia. (nes?
Ate autem ſtatim emergit, quam cum Iupiter
Mittet laborantibus, alias alius habet.
Arx & turris qui erat ſtulto populo,
Cyrne, modicum honorem conſequitur bonus uir.
Neq; amplius decet nos, nimirum uiros ſaluos,
Diruere tanquam ciuitatis mœnia expugnandæ.
Tibi quidẽ ego alas dedi, cũ quib. ſuper immẽſum mare
Vola-

οἰνόν τοι πίνειν πουλὺν, κακόν· ἢν δέ τις αὐτὸν
πίνῃ ἐπισταμένως, οὐ κακὸς, ἀλλ' ἀγαθός.
Κύρνε, φίλους κατὰ πάντας ἐπίστρεφε ποικίλον ἦθος,
ὀργὴν συμμίσγων, ἥν τιν' ἕκαστος ἔχει.
πουλύπου ὀργὴν ἴσχε πολυπλόκου, ὃς ποτὶ πέτρῃ
τῇ προσομιλήσει, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.
νῦν μὲν τῇδ' ἐφέπου, ποτὲ δ' ἀλλοῖος χρόα γίγνου·
κραιπνόν τοι σοφίη γίγνεται ἀτροπίης.
μὴ δ' ἄγαν ἄσχαλλε ταρασσομένων πολιητῶν,
Κύρνε· μέσην δ' ἔρχου τὴν ὁδὸν, ὥσπερ ἐγώ.
ὅστις τοι δοκέει τὸν πλησίον ἴδμεναι οὐδὲν,
ἀλλ' αὐτὸς μοῦνος ποικίλα δήνε' ἔχειν.
κεῖνός γ' ἄφρων ἐστὶ, νόου βεβλαμμένος ἐσθλοῦ·
ἴσως γὰρ πάντες ποικίλ' ἐπιστάμεθα.
ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ ἐθέλει κακοκερδείῃσιν ἕπεσθαι,
τῷ δὲ δολοπλοκίαι μᾶλλον ἄπιστοι ἅδον.
πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνθρώποισιν·
οἳ γὰρ νῦν ἡμῶν πλεῖστον ἔχουσι βίον,
διπλάσιον σπεύδουσι. τίς ἂν κορέσειεν ἅπαντας;
χρήματά τοι θνητοῖς γίγνεται ἀφροσύνη.
ἄτη δ' ἐξ αὐτῆς ἀναφαίνεται, ἣν ὁπότε ζεὺς
πέμψει τειρομένοις, ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.
ἀκρόπολις καὶ πύργος ἐὼν κενεόφρονι δήμῳ
Κύρν', ὀλίγης τιμῆς ἔμμορεν ἐσθλὸς ἀνήρ.
οὐδ' ἔτι γε πρέπει ἡμῖν, ἅτ' ἀνδράσι σωζομένοισιν,
λύειν ὡς πόλεως τέχν ἀλωσομένης.
σοὶ μὲν ἐγὼ πτέρ' ἔδωκα, σὺν οἷς ἐπ' ἀπείρονα πόντον

Volabis, per terram omnem sublatus
Facilè: epulis uerò & conuiuijs aderis
In omnibus, multorum uersans in oribus.
Et te cum tibijs canoris iuuenes uiri
In mundo amabiles honestà & suauia
Canent. & postquàm tenebrosas sub latebras terræ
Iueris, luctuosas in Ditis domos: (bis,
Nunquã ne mortuus (quidẽ) amittes gloriam, neq; late-
Immortale hominibus semper habens nomen
Cyrne, per Græciam terram uersans, & per insulas,
Piscoso transiens mari in sterili,
Non equorum tergis insidens, sed te mittent
Splendida Musarum dona uiolis coronatarum.
Omnibus enim quibus curæ est & posteris carmen,
Eris cum, donec terra & sol (erunt.)
Cæterùm ego modicam à te consequor reuerentiam:
Quin tãquã pusillũ puerũ uerbis me decipis. (lere.
Pulcherrimũ (est, id quod est) iustiß. optimũ uerò est ua
Res uerò iucũdißima est id quod quis amat, assequi.
Equa ego (sum) pulchra, & certatrix, sed peßimum
Virum fero: & mihi hoc molestißimum.
Sæpe profectò cogitaui effringens frenum
Fugere, excutiens malum aurigam.
Non mihi bibitur uinum, postquã ad puellam teneram
Alius uir habitat, multo me peior.
Frigidam mihi apud eam chari bibunt parentes,
Quare simul aquatur, & me lamentans fert.

Illic

πωτήσῃ, κατὰ γῆν πᾶσαν ἀειρόμενος
ῥηϊδίως· θοίναις δὲ καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσῃ
ἐν πάσαις, πολλῶν κείμενος ἐν στόμασι.
καί σε σὺν αὐλίσκοισι λιγυφθόγγοις νέοι ἄνδρες
ἐν κόσμῳ ἐρατοὶ καλά τε καὶ λιγέα
ᾄσονται· καὶ ὅταν δνοφεροῖς ὑπὸ κεύθμασι γαίης
βῇς, πολυκωκύτους εἰς ἀΐδαο δόμους,
οὐδέ ποτ' οὐδὲ θανὼν ἀπολεῖς κλέος, οὐδέ γε λήσεις,
ἄφθιτον ἀνθρώποις αἰὲν ἔχων ὄνομα
Κύρνε, καθ' Ἑλλάδα γῆν στρωφώμενος, ἠδ' ἀνὰ νήσους,
ἰχθυόεντα περῶν πόντον ἐπ' ἀτρύγετον,
οὐχ ἵππων νώτοισιν ἐφήμενος, ἀλλά σε πέμψει
ἀγλαὰ μουσάων δῶρα ἰοστεφάνων.
πᾶσι γὰρ, οἷσι μέμηλε καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδὴ,
ἔσσῃ ὁμῶς, ὄφρ' ἂν γῆ τε καὶ ἠέλιος.
αὐτὰρ ἐγὼν ὀλίγης παρὰ σοῦ τυγχάνω αἰδοῦς,
ἀλλ' ὥσπερ μικρὸν παῖδα λόγοις μ' ἀπατᾷς.
κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷστον δ' ὑγιαίνειν.
πρᾶγμα δὲ τερπνότατον, οὗ τις ἐρᾷ, τὸ τυχεῖν.
ἵππος ἐγὼ καλὴ καὶ ἀεθλίη, ἀλλὰ κάκιστον
ἄνδρα φέρω· καί μοι τοῦτ' ἀνιηρότατον.
πολλάκι δὴ μέλλησα διαῤῥήξασα χαλινὸν
φεύγειν, ὠσαμένη τὸν κακὸν ἡνίοχον.
οὔ μοι πίνεται οἶνος, ἐπεὶ παρὰ παιδὶ τερείνῃ
ἄλλος ἀνὴρ κατέχει, πολλὸν ἐμοῦ κακίων.
ψυχρόν μοι παρὰ τῇδε φίλοι πίνουσι τοκῆες,
ὥσθ' ἅμα θ' ὑδρεύει, καί με γοῶσα φέρει.

ἔνθα

Illic mediã (ipſam) puellã amplexus brachio, oſculatus
Collũ: illa uerò tenerũm loquebatur ex ore. (ſum
Cognoſcibilis (eſt) ſanè paupertas, & aliena exiſtens:
Neq; enim in forum uenit, neq; iudicia.
Vbiq; enim deterius habet, ubiq; & permiſta:
Vbiq; uerò inimica ſimul eſt, ubicunq; fuerit.
Aequaliter ſanè alia quidem dij mortalibus hominibus
Senectutemq; grauem, & iuuentutem dederunt:
Omnium uerò peßimum inter homines, morteq;
Et omnibus morbis eſt nequius: (bueris,
Liberos poſtquã educaueris, & neceſſaria omnia præ-
Pecuniamq; repoſueris, multa moleſta perpeſſus,
Patrẽ odio proſequuntur, imprecanturq; (illi) interire,
Et execrantur, ueluti mendicum ſuperuenientem.
Veriſimile eſt malum uirum malè iura adminiſtrare,
Nullam in poſterum reuerentem deorum iram.
Improbo enim difficilia homini licet multa ſuſcipere
Eueſtigiò, cògitareq;, quomodo recta omnia faciet.
Ciuium nulli fidelis exiſtens pedem hunc prógredere,
Neq; iureiurando credulus, neq; pacto:
Neq; ſi Iouem uult præbere regem maximum
Sponſorem immortalium, pignora ponere uolens.
Nam in ciuitate ita maledica placet nihil,
Quàm (ſe) ſeruare: uulgus infœlicius.
Nunc uerò proborum mala ſunt bona improbis
Virorum, ſuntq; peruerſis lex.
Pudor quidem enim perijt: impudentia aũt, & iniuria
Supe-

ἔνθα μέσην παρὰ παῖδα λαβὼν ἀγκῶν' ἐφίλησα
δειρὴν, ἡ δὲ τέρεν φθέγγετ' ἀπὸ στόματος.
ἐχθρὸν μὲν χαλεπόν, καὶ δυσμενῆ ἐξαπατῆσαι
Κύρνε φίλον γε φίλῳ ῥᾴδιον ἐξαπατᾶν.
οὐδὲν Κύρν' ὀργῆς ἀδικώτερον, ἣ τὸν ἔχοντα
πημαίνει, θυμῷ δειλὰ χαριζομένη.
οὐδὲν Κύρν' ἀγαθῆς γλυκερώτερόν ἐστι γυναικός·
μάρτυς ἐγώ, σὺ δέ μου γίνου ἀληθοσύνης.
πολλὰ φέρειν εἴωθε λόγος θνητοῖσι βροτοῖσι
πταίσματα, τῆς γνώμης Κύρνε ταρασσομένης.

ΤΕΛΟΣ.

CASTIGATIONES
ATQUE ANNOTATIONES
pauculæ in Theognidem, Elia Vineto autore.

IN VERSVM PRIMVM.

Verſ.1. ὦ ἄνα.) *Imitatio Homeri in Hym. in Apollinem, Dianam, & Muſas.*

6. φοίνιη.) *Si hîc ῥαδινῆς legas, ad genit.* φοίνικος *pertinebit: quam uocem fœm. genere efferri nuſquã uideo. quare cenſeo mutandam poſtremam huius epitheti ſyllabam, ut datiuo* χορὸι *conueniat: quod frequens uideris apud poetas. quomodo etiam infrà uerſu 996. Peperit ergo palmæ arbori innixa propè flumẽ Inôpũ Apoll. Latona, in Delo inſula. Homer. in hym. in Apol.*

9. ὀδμῆς.) *Scripſimus hîc* ἐγέλασσε *per duplex* σσ, *ut penultima breuis producatur.*

11. ἄρτεμι.) *Quomodo Iphigeniã filiam Agamemnon ſacrificarit Dianæ in Aulide, ad Troiam profecturus, uide apud Seruium in illud Virgil. 2. Aeneid. Sanguine placaſtis uentos: & Ouid. lib. 12. Metamor. Lege etiam de ea re Euripidis tragœdiam, cui nomen Iphigenia in Aulide.*

13. Εὐχομενῷ.) *Præpoſitio* ἀπὸ *pertinet ad uerbum* ἄλαλκε, *ut ſit* ἀπάλαλκε.

15. Μοῦσαι.) *Cadmus, qui Thebas in Bœotia condidit, uxorem duxit Harmoniam, Veneris (inquit Heſio-*

dus

dus in Theogon.) & Martis filiam: quorum nuptijs Musas adfuisse, & cecinisse etiã, scribit Pausanias in Bœot.

19. Κύρνε.) Cyrnum hunc dicit Suidas Theognidis amasium fuisse.

22. Σῆς.) Pro Θεόγνιδος hîc quædam exemplaria habent Θεύγνιδος, Dorico more: sed non refert utro modo legas, cũ paßim apud Græcos poetas syllabæ duæ ex duabus uocalibus, inter quas non sit ulla cõsonans, et coalescant, & unius duntaxat syllabæ numero seruiant.

25. Οὐδὲ γὰρ.) Hoc hemistichium cum pẽtametro suo sic uertit Erasmus in Chiliad.

Non etenim cunctis placeat uel Iuppiter ipse,
Seu mittens pluuiam, seu cohibens pluuiam.

Vide prouerbium, Ne Iupiter quidem omnibus placet.

33. Καὶ μετ.) Apud Platonem in Dialogo qui inscribitur Μένων, citat hoc distichon Socrates: ubi uitiosè, ut puto, παρὰ pro μετὰ, primo loco legitur. Præpositionem autem μετὰ, pro eo quod est cum, uel inter, datiuo iungere, Poetis est admodum familiare.

35. Ἐσθλῶν μ.) ἄπο, pro ἀπὸ, præpositione suo casui ἐσθλῶν postposita, ideoq; translato accentu. Sententia hæc Socrati familiarißima fuisse ex eo uidetur, quòd apud ueteres ea in eius ore frequens sit: ut apud Plat. in Menone, & Xenophõtem primo lib. Comment. & Sympos. in quibus locis pro μαθήσεαι, id est, disces, quod hic habes: scriptum est διδάξεαι, id est, doceberis.

ris.pro ἐόντα,σὐόντα apud Aristot.lib.9.Ethic. & pro συμμιχθῆς,συμμίξαις.Plato & Xenophon συμμιγῆς, sed uitiose.

63.ἀλλὰ δόκ.)Erasm.uertit in prou.Lingua amicus:

Sed facito ut lingua cunctis uidearis amicus,
At factis cuiquam te caue miscueris.

68. Μηκέτι σωζόμενοι.)id est,ut uiri perditi,de quibus iam prorsum actum sit, & quorum uita deplorata.

74. Παῦροί τ.) Vertit Eras.hūc uersiculum in prouerb.Fiducia peçunias amisi,ad hunc modum:

Paucis è multis fidus adest animus.

77. Πιστὸς ἀν.)Citatur apud Platonē,primo de Legibus,hoc distichon,quod sic interpretatur Ficinus:

Argento fuerit,fuluo æquiparandus & auro,
Fidus in insana seditione manens.

83. Τὺς δ'.) Hos duos uersus sic transfert Erasm.in prouerb.Vna nauis non uehit:

Hos non inuenies homines,scrutatus & inter
Omnes,quos sanè non uehit una nauis.

87. Μὴ μ' ἔπει.)Et hunc idem uertit in prouerb.Lingua amicus:

Ne me diligito uerbis,cum mens alibi sit.

105. Δειλὺς δ'.) Beneficium dando accepit, qui digno dedit. Sed quod in improbos contuleris,beneficium perierit: quoniam non nouerunt illi referre gratiā, qui nec acceptū beneficiū agnoscunt. Pentametrū sequens uertit Eras.in prou. In aqua sementem facis,hoc modo:

Par,

Par, ut qui æquoreis semina mandet aquis.

113. Μήποτ'.) Infinit. ποιεῖσθαι, φεύγειν, pro imperatiuo ποίει, φεῦγε: quæ res cùm alijs poetis, tũ Gnomographis, ut in hoc toto poemate uidebis, frequentißima est.

132. Ἔπλετο.) præterit. imperf. pro præsenti. Temporum. n. enallage huiusmodi Græcis est familiarißima. Est autem tertia Imperfect. sing. per syncopam, pro ἐπέλετο, à uerbo πέλομαι, id est sum. Cæterùm apud Ioan. Stobæũ hic uersus paulò aliter legitur, ad hunc modũ:

Ἔπλεθ', ὅσοις ὁσίως Κύρνε μέμηλε δίκης.

143. Οὐδείς πω.) Imitatur Hesiodum, qui οὐ ὅρκοις sic canit: Ἶσον ὅσθ' ἱκέτην, ὅστε ξεῖνον κακὸν ἔρξει. Huic enim flagitio succenset, inquit, Iupiter: atq; tãdem punit acerbißimè.

146. ἢ πλουτεῖν.) Non aliter accipi hoc in loco ἢ particula, quàm in illo Homeri Iliad. ά. uidetur:

Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.

qui locus uariè à Grãmaticis explicatur. Alij enim μᾶλλον subaudiunt, & ἢ quàm exponunt, hoc modo: Volo potius, seu malo ego populũ saluum esse, quàm perire. Alij ἢ & non significare uolunt, quo modo hunc Theognidis locum sic enarrare liceret: Fac uelis paucis contentus esse opibus, & non iniustè quæsitis diues esse.

147. ἐν δὲ δικ.) ἀρετή 'στι, pro ἀρετή ἐστι. neq; legendũ ἀρετ' ἐστί. Argyropylus uertit hoc carmen hoc modo:

Iusticia in sese uirtutes continet omnes.

Frequẽter iusticia non pro specie, sed pro genere acci-

pitur: & tunc omnes uirtutes complectitur. Vide Arist. lib. 5. Ethic. ca. 1. Cæl. Rhodig. lib. 23. cap. 14. Eras. in prouerb. Iusticia in se uirtutem complectitur omnem.

153. Τίκτει τοι.) Hoc uersu pro ἕπηται, quædam exemplaria habent ἕποιτο. Carmen hoc uertit Eras. in prouerb. Satietas ferociam parit, ad hunc modum: Fastum copia gignit, opes ubi prauus adeptus.

155. Μήποτ᾽.) Hanc Stobæi & aliorum Gnomologorum lectionẽ secuti sumus, utpote quæ Theognidis ingenium magis, quàm altera, referre uideretur, quæ est:

Μήποτέ τοι πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ χολωθεὶς,
Μήδ᾽ ἀχρημοσύνην οὐλομένην πρόφερε.

Est autem Hesiodi imitatio, qui in opere cui titulus ἔργα καὶ ἡμέραι, sic ait:

Μὴ δέ ποτ᾽ οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ
Τέτλαθ᾽ ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων.

Ne exprobres, inquit, pauperi suam paupertatem, quoniam ea Deorum donum est.

157. Ζεὺς γάρ τ᾽.) Eras. indicat allusionem esse ad locum Homeri Iliad. θ. ubi Iupiter aureis lancibus expendit Troianorum & Græcorum fata. Hoc autem distichon uertit in prouerb. Omnium rerum uicißitudo:

Nunc etenim huic libram inclinat, nunc Iuppiter illi,
Vt modò sis diues, nil modò poßideas.

Vide etiam prouerb. Diuitiæ non semper optimo contingunt. Hîc tamen pro ἄλλῳ, ἄλλως leges apud Basilium magnum, in Homilia πρὸς νέους.

159. Μήποτ.) Eras.hoc etiam uertit in prouerb. Ne magna loquaris:

Verbum Cyrne caue magnum ne dixeris unquam:
Nescis quidnam homini noxúe diésue ferat.

Fuge ergo magniloquentiam & iactantiam, quoniam nescis quid tibi sit euenturum.

161. Πολλοί τ'.) Et hoc idem in prouerb. Atheniensium inconsulta temeritas:

Multis læua quidem mens est, sed numina dextra,
Queis bene uertit & id, quod temerè instituunt.

175. ἣν δὴ.) Μεγακήτης sonat ad uerbum, magnorum cetorum feracem. Vide Chiliad. prouerb. Abijciendum procul.

177. Πᾶς γὰ.) Exemplaria omnia habebant, καὶ γὰ, id est, etenim. Nos maluimus πᾶς γὰ legere, cùm ex Stobæo reliquisq; Gnomologis, tum ex Luciano, multa in hanc sententiam disputante in Dialogo qui inscribitur, περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων: & Plutarcho, qui in libello cui titulus, πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν, Bionem Theognidi hæc occinēti obiecisse scribit: Quomodo igitur tu, cum pauper sis, tam multa garris, nugarisq; in nos?

179. Χρὴ γὰ.) Apud Gnomologos hoc est uersus principium, χρὴ δ' αἰεὶ κατὰ γῆν τε. Vide utrum melius. Est & hoc conuersum ab Erasmo in prouerb. Terra mariq;:

Paupertatis enim duræ terraq; mariq;

 Que-

Quærere Cyrne aliquod conuenit effugium.

183. Κϱιὸς.) Deprauatũ hoc apud Stobæum, qui sic habet, Κυίνας μὲν δὴ νῶϊ διζήμ. Cæterùm βήσεσθαι hîc significare uidetur, quod Latini dicũt admittere: id est, marem fœminæ, aut mari fœminam admouere ad initum. de quo uerbo Bud. in Annotat. poster. Legitur tamen & ἀτήσασθαι,

190. Καὶ π.) Vide num hîc sit legendum, πλοῦτος, pro πλοῦτε: quod interpreteris, Diuitiæ miscuerunt genus.

193. Αὐτός τ.) Οὖσαν habebant omnia, quæ uidimus, exemplaria: sed ε addidimus, ut constaret metri ratio.

215. Πουλύπε.) Dicitur πολυπόδης per primam declinationem, & πόλυπος per tertiam, & πολύπους per quintam: quæ res effecit, ut uaria sit hîc lectio. nam Plutarchus in libello περὶ πολυφιλίας habet, πουλύποδος νόον ἴσχε. habet etiam idem πολύφρονος, pro πολυπλόκου. De Polypo pisce uide Athenæum lib. 7. Plinium lib. 9. cap. 24. & 30. Erasm. in Chiliad. prouerb. Polypi mentem obtine. ubi iuxta Plutarchi lectionem uertit hoc distichon:

Mentem habeas uafri polypi, qui protinus illa,
Se quibus admôrit, saxa colore refert.

Porrò ὀργὴ hîc et alibi in hoc Opere, mores, ingenium, naturam, siue inclinationem, ut uocant, naturalem significare uidetur.

221. Οὔτις τοι.) Sic legimus ex Stobæo, & alijs Gnomologis:

mologis: non ὅτις σοι. quòd autem illi habent ἔμμεναι, id est esse, pro ἴδμεναι, uitiosum est.

226. τῷδε.) Hoc carmen Gnomologorum nonnulli *sic habent:*

Τῷδε δολοπλονίαι μᾶλλον ἔτ' εἰσὶ φίλαι.

227. Πλούτου.) Basilius Magnus in oratione ad iuuenes, hoc Solonis citat:

Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται.

quod Theognis suum fecit, in duorum locum uno substituto uerbo.

231. Ἄτη δ'.) Allusio ad illa quæ Homerus Iliad. τ. fingit de dea Ate, quam interpretantur noxam. uide Budæi Annotat. & lib. 5. de Asse: & Eras. in prouerb. Ira omnium tardißimè senescit.

241. Αὐλίσκοις.) Αὐλίσκος diminutiuum est, ab eo quod est αὐλός. Erat autem apud Græcos non tantùm, sed etiam ueteres Romanos, mos hic canendi ad tibias in epulis, de magnorum uirorum uirtutibus: ut docet Cicero 1. Tuscul. quæst. & Valerius Max. lib. 2. cap. de Institutis antiq.

253. Αὐτὰρ ἐγὼν.) Versus hic uereor ne mancus sit. Sunt qui αἰδοῦς, soluta prima diphthongo, legi uelint.

256. Πρᾶγμα.) Hoc carmen aliter apud Stobæum *legitur, nihil tamen immutata sententia:*

Ἥδιστον δὲ τυχεῖν ὧν τις ἕκαστος ὁρᾷ.

257. Ἵππος ἐγώ.) Alludit ἀλληγορικῶς ad equam Agamemnonis, Aetham nomine, quam dono dede-

rat

rat Echepolus Sicyonius: diues quidem ille multum, sed ignauus homo, ut non cogeret Agamemnon proficisci cum alijs Græcis in bellum Troianum, sed sineret manere domi longè à tumultibus & periculis bellicis. Est locus Iliad. ψ.

264. ὥσθ' ἀμ.) *Florentinum exemplar habet, ὡς θαμάθ'.*

265. Ἔνθα μέσ.) *Admonet Suidas, Theognidē in suis præceptis non esse perpetuò purum.*

280. Μυδλεμίαν.) *Nemesin deam finxerunt ueteres, quæ animaduerteret in eos qui superbè, insolenter, arroganter, tyrannicè, sceleratè, perfidè, aut proteruè in uita uersarentur. De ea multa Cœl. Rhod. lib. 11. cap. 19. Plinius lib. 11. cap. 45. & alijs in locis: Eras. in prouerb. Adrastiá Nemesis, siue Rhamnusia Nemesis: sed nemo melius Budæo lib. 1. de Contemptu rerum fortuitarum.*

315. ἀλλ' ἡμεῖς.) *Tres hi uersus tribuuntur Soloni à Plutarcho in libel. qui inscribitur, πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο, & Basil. in oratione πρὸς νέους. Vide quî id fiat.*

324. καὶ βραδ.) *Callidus ac tardus celerem insectando prehendit. Sic interpretatur Eras. in prouerb. Velocē tardus assequitur. Qui enim uiribus imbecillior est, arte atq; ingenio uincit potentiorem.*

335. Μηδὲν ἄγ.) *Hoc repetitum uidebis in hoc poemate sæpius, ut multas alias sententias. Profuerit hoc loco*

loco legere apud Erasmum *prouerbia:* Ne *quid nimis, Festina lentè,*Dimidium *plus toto,& cætera huiusmodi,quæ mediocritatem in rebus commendant.*

359. *Μηδὲ λίην.)*Hîc *pro κακὸν quædam exemplaria habent καλὸν:sed minus rectè,si quid iudico.*

364. *τῖσαί νιν.)* Hoc Theognidis *præceptũ,ut nonnulla alia,à religionis Christianæ præscriptis longè abest: quæ iubẽt nos* Deo *uindictam relinquere,inimicum amare,bonum pro malo reddere.*

369. *Μωμεῦνται.)* Vide *Erasm.in prouerb.Carpet citius.ubi hos uersus transfert:*

Carpunt me plures docti,indoctiq́;:imitari
Nos *indoctorum de grege nemo potest.*

371. *Μή μ'.)* Idem *uertit hoc quoq; carmen in prou.*
Inuitos boues plaustro inducere:
Inuitum ne me scutica stimulisq́; subactum,
Vi *studeas unquam ducendo inducere plaustro.*

401. *Μηδὲν ἄγ.)Καιρὸς ab* Ausonio *poeta,occasio, tempus,tempestiuum,uertitur.*

409. *οὐδένα θησαυ.)* Aut *hoc, aut quod legimus apud* Gnomologos,*deprauatum est.quod sic habet:*
οὐδένα θησαυρὸν καταθήσεαι ἔνδον ἀμείνω
αἰδοῦς,ἣν ἀγαθοῖς ἀνδράσι Κύρνε δίδως.
Sed Gnomologos *putauerim suum corrupisse ex hoc* Theognidis *loco,& alio qui est infrà uersu* 1157.

411. *Μηδένος.)* Pro *κακίας, sunt codices qui habent κακιῶν.*

421. Πολλοῖς.) Ioannes Stobæus paulo aliter legit, hoc modo:

ϖολλοῖς ἀνθρώπων γλώσσῃ θύρα οὐκ ἐπίκειται
ἁρμοδίη.reliqua habet deprauata.

423.Πολλάκι.)id eſt,interprete Eraſmo:

Nam perſæpe malum præſtat domi habere repoſtum.

Vide prouerb.Malum bene conditum ne moue:&,Temulentus dormiens non eſt excitandus.

425. Πάντων μὲν.) Pro ϖάντων, quidam legunt ἀρχὴν: ſed minus rectè, meo iudicio. Cæterùm hæc eſt ſententia illa Græcorum; quam Auſonius noſter citat in pulcherrima illa Ecloga de uita humana:

Optima Graiorum ſententia:quippe homini aiunt,
Non naſci eſſe bonum,natum aut citò morte potiri.

Vide Eraſmum in Prouerb. Optimũ non naſci.ubi tres hos uerſus ſic latinos fecit:

Non naſci omnino primum eſt mortalibus,atq;
Haud unquam ſolis cernere triſte iubar.
Verùm ubi ſis natus,quamprimùm inuiſere manes.

431. Καὶ κακὸν ἐσθλόν.)id eſt,qui reddidit bonum uirum, eum qui malus erat. Sunt tamen exemplaria, quæ habent pro eo, κ' ἐκ κακοῦ ἐσθλόν: id eſt, ex malo bonum uirum fecit. Porrò Aeſculapius præſtantiſsimus apud ueteres medicus, ob idq; pro Deo habitus, ἀσκλήπιος Græcis dicitur: unde patronymicum ἀσκληπιάδης

πιάδης per primam declinationem. ἀσκληπιάδας autem hic dicere uidetur Theognis, non tantùm Podalirium & Machaonem, filios Aesculapij, ἰητῆρ᾽ ἀγαθώ, ut inquit Homerus Iliad. β, qui unà cum alijs Graecis ad Ilij expugnationem uenerunt, quiq; morbos & uulnera in exercitu Graeco curabant: sed etiam omnes qui rem medicam tractant.

445. Εἰ δ᾽ ἦν.) *Socrates hunc locum adducit in Platonis Menone, ubi conatur ostendere, uirtutem doceri non posse: quo in loco uitiosè σύθεον, pro σύνθετον, scriptum est.*

447. Εἰ μ᾽ ἐθέλ.) *In prouerb. A puro pura defluit aqua, Erasmus interpretatur hoc modo:*

Rursum aqua de summo mihi uertice defluet usq;
Limpida, si innocuum fortè lauare pares.

449. Εὑρήσεις.) *Et hoc idem autor uertit in prouerb. Aurum igni probatum:*

Omnibus in rebus me comperies uelut aurum
Purum, dulce rubens, indice quum atteritur.

465. Ἀμφ᾽ ἀρετ.) *Versus hic in omnibus quae uidere licuit exemplaribus, postremo pede mancus erat, ad hunc modum:*

Ἀμφ᾽ ἀρετῇ τρίβευ, καί σοι τὰ δίκαια φίλα.

Nos, ut omnibus suis constaret numeris, uerbum ἔστω adiecimus, ut esset, quomodo apud Hesiodum:

Σοὶ δ᾽ ἔργα φίλ᾽ ἔστω μέτρια κοσμεῖν.

Nolim

Nolim tamen citra fidem ueteris alicuius codicis, temerè asserere, sic ab autore editũ fuisse: sed tantũ carmen esse perfectum, & stare sententiã, si hoc pacto legeris.

469. Μηδ' οὐδ.) id est, interprete Erasm. in Chil. prouerb. Temulentus dormiens non excitandus:
Nec cuiquam è nobis somnum depelle Simonida:
Oppressum uino, quem sopor altus habet.
Cæterùm perparum profuerit hîc anxiè disquirere, quinã fuerint, Simonides, Polypæda, Clearistus, Democles, Academus, atque alij, quos in hoc poematio Theognis appellat: quamuis sciamus ex historijs, Simonidem Lyricum poetam Theognidi σύγχρονον fuisse.

479. οὐκ ἔτι κεῖνος.) Gnomologi, οὐκ ἔτ' ἐκεῖνος: quod idem est.

481. Μυθεῖτ.) Stobæus hoc loco habet, τὰ νήφουσιν γίνετ' αἰσχρὰ, id est, quæ sobrijs sunt turpia: pro τὰ νήφουσ' εἰδ. sed nostra lectio melior.

483. Τὸ πρὶν ἐών.) Hîc τότε νήπιος ex Gnomologis reposuimus, cùm ὅτε & sensui & legi metricæ repugnaret.

487. Η παρεών.) Versum hũc tam lubens deprauatum crederem, quàm sequentem pentametrum prima sua syllaba mutilum & decurtatum uideo. nam κοτύλη anapæstum reddit paßim apud poetas, ut in uersibus citatis apud Athenæum lib. 11. ubi disputatur de huius uocis significatu:
Ταύτῃ δ' ἀμφὶ νέκυν κοτυλήρυτον ἔρρεεν αἷμα. Et,

Πολλά

Γολλὰ μεταξὺ πέλει κοτύλης καὶ χείλεος ἄκρου.

Quare aut præponendus nomini suus articulus, ut sit τῆς κοτύλης καὶ. aut huiusmodi quippiam, quod sit monosyllabum. Porrò non ab re fuerit hoc loco obiter admonere, uersuum, quos ex Athenæo adduximus, posteriorem παροιμιώδη haberi apud Aul. Gellium lib. 13. cap. 17. in quo pro κοτύλης, κύλικος scriptum est, in hunc modum:

Γολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

Quem uertunt:

Multa cadunt inter calicem, supremaq; labra.

Eiusq; autorē Palladā perperā inscribi, lib. 1. Epigram. Græcorum: cum illum multis seculis præcesserint ij, à quibus citatū diximus uersiculum. Quæ res argumēto fuerit, in illis Epigram. libris esse nonnulla, quæ alijs q̃ suis autoribus inscribantur, ut mox etiam ostendemus.

497. Αφρονος.) Non rectè hic legi putamus apud Gnomologos pro ὁμῶς; ἄγαν: pro δὴ, δὲ: pro πίνεται, πίνη.

499. Εν πυρὶ.) Vertit Erasmus in prouerb. In uino ueritas:

Aurum aut argentum fabris dignoscitur igni:
Vinum hominis prodens arguit ingenium.

501. Καὶ μάλ.) Pro, τὸν ὑπὲρ μέτρον ἤρετο πίνων; habent Gnomologi, κακότητα δὲ πᾶσαν ἐλέγχει: & καταισχύνειν, pro καταισχύναι.

506. Γηράσω reposuimus ex Gnomologis, corrupta

uoce πορνθῶ expūcta, quæ eius loco paßim legebatur.

509. Οἶνος πιν.) Lectionem hanc, quæ est Gnomologorum, magis probauimus hoc loco, quàm aliam, quæ habet κακὸν & ἀγαθὸν neutro genere.

523. Οὔ σε μάτ.) Stobæus pro βροτοὶ legit θεῶν, quòd ad μάλιστα pertineat: ut sit, Plutum magis coli, quàm reliquos Deos omnes.

527. Οἴ μοι ἐγ.) Hæc Bisantino cuidã tribuũtur lib. 1. Epig. Græcorũ, pauculis immutatis ad hunc modum:

Ὤμοι ἐγὼν ἥβης καὶ γήραος οὐλομένοιο,
Τῆς μὲν ὑπερχομένου, τῆς δ' ἀπονισσαμένης.

Quos uersus sic Alciatus, licet duriusculè, interpretatus fertur:

Hei mihi pubertatis, mortiferæq; senectæ:
Hæc quia amica fugit, hæc inimica uenit.

531. Αἰεί μ.) Quædam exemplaria loco ἀγάλλεται, habent ἰαίνεται: sed utriusq; uerbi eadem significatio est, & accentus.

537. Οὔτε γὰρ.) Σκίλλα, Latinis scilla, siue squilla, cepæ species: de qua multa Plinius, sed plura Ruellius. Cæterùm, è squilla non nasci rosam, prouerbium est, ex hoc Theognidis loco sumptum: quod ubi Erasmus explicat, hos duos uersus suo more conuertit in hunc modum:

Non etenim è squilla rosa nascitur, aut hyacinthus:
Sed neq; ab ancilla filius ingenuus.

539. Οὔτις ἀν.) id est, eodem autore interprete, in prouerb.

prouerb. Faber compedes, quas fecit, ipse gestat:
Vincula nemo sibi cudit, charißime Cyrne.

542. Ἠπὰρ λέοντ.) Narratur ab Ouidio lib. 12. Metamorph. quomodo à Lapithis Centauri (Thessalæ gentes fuerũt) in nuptijs Pirithoi & Hippodames profligati fuerunt, cùm uino & libidine iam exæstuantes, sponsæ & reliquis fœminis uim inferre aggreßi essent.

549. Ἀγγελος ἄφ.) Pro ἐγείρει, quidam codices habebant ἀγείρει, congregat, cogit.

553. Οὐ πολλόν.) Quædam exemplaria habent in præsenti διαπρήσσουσι.

576. Ὥστε κυβ.) Χοιράδες, quæ & Symplegades, & Planetæ, & Cyaneæ petræ, & Syndromades, sunt in Hellesponto duæ paruæ insulæ, siue scopuli, nauigantibus infesti. De his multa Apollonius Rhodius lib. 2. Argonauticôn. quædã etiam Ouidius lib. 15. Metamorph. & Plinius lib. 4. cap. 13. & lib. 6. cap. 12.

579. Ἐχθαίρω κακόν.) Si integra sunt hæc, à fœmina dicta accipienda sunt.

581. Ἐχθαίρω δὲ.) Interpretatur Eras. in prouerb. Alienum arare fundum:
Est inuisa mihi mulier uaga, inersq; maritus,
Alterius fundum quisquis arare cupit.

589. Τῷ δ'.) Aliter hæc legũtur apud Stobæum, hoc modo, nec minus rectè, mea sententia:
Τῷ δ' καλὸν ποιοῦντι θεὸς καλὰ πάντα τίθησι,

Συντυχίην ἀγαθῶν, ἐνδυσιν ἀφροσύνης.

597. Δὴν δή.) In exemplaria nostra duo irrepserant errores, τὴν & αὐταρ, pro δὴν & ἀταρ.

602. Ψυχρὸν.) Idem epitheton angui accommodauit Virg.3.Bucol.

Frigidus, ô pueri fugite, hic latet anguis in herba.

603. Τοιάδε καὶ.) Idem infrà, uersu 1099.

606. Ανδρας, ὅσοι.) Versus hic apud Gnomologos ad hunc modum legitur:

Ανδρας, ὅσοι μοίρας πλεῦν' ἐθέλουσιν ἔχειν.

622. Πᾶσιν δ' αὖ.) Ex Stobæo adiecimus ῥ.

632. Κύρνε τι.) Hic forsitan melius legeris τὲ, quàm τι.

636. Οἱ νῦν.) Hanc Stobæi & aliorum Gnomologorum lectionem alteri præferimus, quæ habet:

Οὐ νῦν μὲν πολλοῖς, ἀτρεκέως δ' ὀλίγοις.

637. Ελπὶς.) Stobæus pro ὁμοῖοι, habet ὁμοῖα, neutro genere.

640. Εργ' αὐδ.) ἐπέγγυτο, pro ἐπεγένετο dictum est. Haud scio tamen, an reijcienda sit Ioannis Stobæi lectiò, quæ habet:

Βουλαῖς δ' οὐκ ἐπέσχν τὸ τέλος.

648. Αὐταρ.) Quamuis pro ἐπιστρέφεται habeant Gnomologi ἐπέρχεθ' ὁμῶς: uide num legendum sit γαῖαν ἐπιστρέφεται.

649. Α δειλ.) Sic habuit exemplar Florentinum, non ὦ δειλ. In qua re et subscribunt & Gnomologi, qui

qui hoc carmen paulo aliter legunt, ad hunc modum: ἀ δειλὴ πενίη, τί ἐμοῖς ἐπικειμένη ὤμοις.

651. Αἰσχρά.) Et hic uariant illi lectionem, nimirum κακά (rectius fortasse) pro καὶ habentes, ut proximo pentametro μετὰ pro παρά.

672. Μηλίου.) Μῆλος insula ex Cycladibus una, & in ea urbs eiusdem nominis, inquit Stephanus. Hinc mare Melium. Est autem hoc loco allegoria obseruanda.

686. Εἴργει.) Ioannes Stobæus: εἴργει τοὺς μὲν δὴ χρείη.

687. Οὐκ ἔστι.) Erasmus, cùm hanc sententiam explicaret in prouerbijs, Cum dijs pugnare, & Cum dijs non pugnandum, miror quomodo silentio præterierit hoc Theognidis distichon, cuius oracula lubens frequensq; citare solet, ac interpretari, in magno illo Adagiorum opere.

693. Πολλοὺς.) Variat hic quoq; lectionem Stobæus, qui habet ἀφραίνοντας pro ἀφρονέοντας, & παῦρον pro μέτρον.

696. Τέτλαθι.) Pro ὅτι, alij οὐχί.

699. Πλήθει δ' ἀνθρώπων.) Pro hoc Stobæus habet πᾶσιν δ' ἀνθρώποις. Reliqua sunt apud eum multum uitiata, quæ citat deinceps ex hoc loco.

701. Οὐδ' εἰ.) Rhadamanthus Lyciæ rex, Iouis ex Europa filius, Minois & Aeaci frater, uir iustißimus. Vide Virgilium 6. Aeneid. & Seruium in eundem locum.

702. Γλαύκα.) Αἰολίδης Aeoli filius, rex Corinthi, Sisyphus, ut docet Pausanias in Corinthiacis. De hoc Sisypho sunt poetæ hæc commenti, quæ ad hunc locum spectant. Iupiter rapuerat Aeginam, filiam Asopi Bœotiæ regis: illam quærebat pater. Venit ad Sisyphũ: is indicat raptorem. ea re indignatus Iupiter, Sisypho Mortem mittit. Sisyphus, qui & callidus admodum, & fortis esset, Mortem corripit, & arctißimè uincit: uincta Morte, uidet inferorum Deus neminem ad se amplius descendere. quare prodit indignabundus, Sisyphũ occidit, ac Mortem liberat. Cum ergo hoc modo ad inferos descendisset Sisyphus, non minus uafer iam mortuus, si dijs placet, quàm cum uiueret, effecit eloquentia & calliditate, ut persuasi Pluto & Proserpina, ad superos redire siuerint: quò se uenire cupere dicebat, ut uxorem obiurgaret suam, quòd quæ ipse mandauerat, cum è uiuis excederet, illa non faceret: qua re peracta, mox regressurum. Sed ille, ubi resumpta anima Corinthum reuersus est, epota eorum quæ apud Plutonem gesta fuerant obliuione, de reditu non prius cogitauit, quàm senium cò detruserit. Alij tamen scribunt, à Theseo interfectum fuisse. Adhibe huic Theognidis loco, ex Eras. Chiliad. prouerbium: Sisyphi artes.

714. Γλῶσσαν.) Nestoris Pyliorum regis facundiam dicit, quæ ex Iliade Homeri prouerbio celebrata est.

715.

715. Ἀελλόπος.) Harpyiæ, quas Suidas ἀρπακτικὰς δαίμονας appellat, sunt tres: Aello, Celæno, & Ocypete. sic enim legendū est apud Seruium in 3. Aeneid. ubi de his, filijsq; Boreæ, Calai, & Zethe, multa: apud Apollonium Rhod. & Ouid. in Metamorph. Porrò ex uerbo εἰσὶ primam literam Erasmus, ut esset ἴσι tertia pluralis, præsentis uerbi εἶμι, eo, uado.

719. ἶσόν τ'.) Stobæus, ἶσόν τι πλουτοῦσ' ὅσοις πολύς.

721. Ἵπποι θ.) Pro τὰ δέοντα, Stobæus τάδε πάντα habet.

723. Παιδός τ' ἠδὲ γυναικός.) Sic nos ex Stobæi lectione restituimus uersui suos numeros, cum antea uitiosè legeretur hoc loco, παιδός τε καὶ γυναικός. Habet præterea Stobæus, τῶν δ' ἀφίκηται, & ἥβη in nominandi casu: nec malè fortasse.

755. Ζεὺς μὲν.) Verbo ὑπειρέχοι adiecimus ι, ut breuis secunda illa syllaba produceretur: quomodo Iliados β.

Σπλάγχνα δ' ἄρ' ἀμπείραντες ὑπείρεχον ἡφαίστοιο. id est: Exta transfigentes supertenebant igni.

Est enim poetis usitatißimum ὑπεὶρ, pro ὑπέρ.

762. Μηδὲν τ.) Primi mortalium Assyrij, rege Nino duce, ausi in exteras gentes arma ferre, narrantur: quarum multas sibi subdiderunt. Orbis imperium diu retentum, eorum rex ultimus Sardanapalus, à Medis in bellum prouocatus, & uictus amisit.

Translatum ergo ad Medos imperium: de quorum bellis in Græcos multa habes apud Herodotum & Thucydidem. Floruisse autem Theognidem uolunt, quo tempore Cyrus Persarum rex, Medorum destruebat imperium.

767. Χρὴ μουσῶν.) Egregia prorsus sententia, quam uellem edidicissent à teneris annis, ac diligenter expendissent apud animum suum pleriq;, qui quicquid eruditionis unquam comparauerunt, ita domi reconditum asseruant, ut dicas miseros homines sibi tantùm natos: imò continuò inuideant, si quem uiderint ad id aspirare, quò se cæteris præcellere persuasum habent. Vertit autem hos quatuor uersus Scip. Crateromachus in Encomio literarum Græcarum, hoc modo:

Musarum interpres si quid sapientius unquam
Nouerit, inuidia sit procul inde mala.
Nuncq; alia inueniat, nunc monstret, plurima condat:
Si solus sapiat, nempe quis usus erit?

769. Ἀλλὰ.) Μῶσθαι, est inquirere, inuenire: unde Μούσας, quæ & Μῶσαι Doricè, dictas uolunt.

772. Ἀλκαθόῳ.) Tantalus rex Corinthi, autore Seruio, Iouis fuit filius: Pelops Tantali, Pelopis Alcathous. Rex Megarensium, qui sunt finitimi Atticis, Megareus, qui nomen urbi indidit, duos habuit filios, Timalcum & Euippum. Timalcus cùm in bello perijsset, Euippum sperabat sibi in regno successurũ. Verùm cùm à leone Cytharoneo interfectus fuisset, suam Me-

gareus

gareus filiam ei promisit unà cum regno, quisquis belluam interficeret, Euippi mortem ulciscens. Rem, licet arduam, suscepit Alcathous: leonem occidit, filiam Megarei ducit uxorem, atq; in regnum mortuo socero succedit. Hic ergo Alcathous, inter cætera quæ extruxit in urbe Megaris, arcem ædificauit: in quo opere adiutorem habuisse Apollinem fertur. Hæc sunt ex Pausania, sub finem Atticorum.

774. Τῆσδε πόλευς.) Πόλευς, *genitiuus est Doricus, à nomine* πόλις. *Intelligit autem urbem Megara, quam Bœotiæ & Atticæ finitimam diximus.*

779. Καὶ σφισιν.) Λαοφθόρον *hic accusatiuo casu singulari legendum, admonet satis metri ratio.*

781. Ἦλθον.) *Sicilia insula in Tyrrheno mari. Eubœa insula, modico admodum æstu diuisa à continenti Bœotiæ. Est & urbs in Macedonia, & locus ἐν Ἄργει, inquit Stephanus. Spartha urbs Laconiæ, quæ & Lacedæmon. Eurotas fluuius Sparthum præterfluens. Est autem* ἀγλαότα *genitiuus Doricus.*

786. Οὕτως οὐδ'.) *In hanc sententiam sunt in Erasmi Chiliad. prouerb. Patria sua cuiq; iucundissima: &, Patriæ fumus igni alieno luculentior.*

788. Αντ' ὀρατῆς.) *Sic legendum arbitramur, non* ἀρετῆς. *Facile enim fuit librarijs, literarum* μετάθεσι *dictionem commutare. nam si* ἀρετῆς *legas, non uideo quis posit esse sensus.*

803. Τόρνου καὶ.) *Hic lego* θεωρὸν *accusatiuo singulari,*

lari, à nomine θεωρός. nam ſi θεωρῶν legatur, ut conſtanter habent omnia exemplaria, quibus uſus ſum, quis ſenſus elici poterit? ſiue hoc ſit participiũ à θεωρῶ, ſiue alicunde nomen.

813. Βοῦς μοι.) Id eſt, non audeo, quod ſentio, liberè proferre. Vide Eraſ. in prouerb. Bos in lingua.

815. Κύρν' ἐμ.) Si uis in hanc ſententiam multa, habes in Chiliad. Adagiorum Eraſ. in prouerbijs, quibus Fati nomen præſcribitur.

819. Οἳ δ' ἀπο.) Heſiodi imitatio, qui dixerat in ἔργοις·

Αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας.

829. Πίστει χρήμ.) Verſiculum hunc interpretatur Eraſmus in prouerb. Fiducia pecunias amiſi, hunc in modum:

Fiſo res perijt, diffiſo ſalua remanſit.

831. Πάντα τάδ.) In hunc locum profuerit petere in Chiliad. Eraſmi prouerb. Ad coruos.

837. Τούτων.) αὖ pro ἀνὰ: ut πὰρ pro παρὰ, poeticum.

859. Οἵ με φίλ.) Hæc mulieris ſint uerba neceſſe eſt, cuius perſonã poeta per hos quatuor uerſus ſuſcipiat.

867. Ἔν μοι ἔπ.) Eraſmus uertit in prouerb. Quid ſi cœlum ruat:

Deinde meo uaſtus capiti illabatur Olympus
 Ferreus, antiqui quod metuere uiri.

Anaxagoras, ut refert Diogenes Laertius, cum audiſſet

lapidem

lapidem è cœlo cecidisse, cœlum ex lapidibus constructum, & aliquando ruiturum affirmauit.

873. Ἐσθλὸς κὰλ.) Plinius hic uidendus, libro 14. capite 5.

875. Πίν' οἶνον.) Ταϋγέτοιο, genitiuus est Ionicus, & dicitur Ταΰγετος genere masculino & fœminino, inquit Stephan. ἐπὶ πόλεων: & Ταΰγετον neutro mons est Laconiæ, Baccho sacer: à Taygeta, quæ mater Eurotæ fuit, dictus.

887. Οἴμοι ἀν.) Cerinthus urbs est in insula Eubœa, mari proxima. Strabo lib. 10.

888. Ληλάντ.) Lelantus Eubœæ rex fuit, à quo nomen sortitus est campus, qui Chalcidi illius insulæ urbi adiacet, inquit Strabo lib. 10. & fluuius illam præterfluens. Plinius lib. 4. cap. 12.

890. Ὢς νὺξ.) Non uideo quid sibi uelit κυψελλίζων γόνος, nisi fortè τυραννίζων, siue tyrannos ipsos: aut eos qui Cypseli tyrãnidi fauerent, aut eos qui à Cypselo genus ducentes in tyrannide persisterẽt, ut dicamus à Cypselo factũ κυψελίζω. unde κυψελλίζων per duo λλ, metri gratia. Fuit autẽ Cypselus, ut docet in Corinthiacis Pausanias, qui annuis magistratibus ui expulsis, Corinthiorum se regem fecit: quæ res, inquit Cicero libro de Fato, millesimo antè anno, quàm fuisset, Apollinis oraculo edicta fuerat. Huius Cypseli tyrannidem (inquit idem Cic. lib. 5. Tuscul. quæst.) cũ ferre non posset Demaratus Tarquinij Rom. regis pater, seruituti domesticæ

libertatem

libertatem exilij anteponens, fugit Tarquinios. De eodem plura Herodotus lib.

893. Κύρνε μὴ.) Versus hic in omnibus, quæ habuimus, exemplaribus ad hunc modum deprauatus legebatur:

Κύρνε μὴ παύτ' ἀὐδρεσι κατ.

Nos an rectè restituerimus, doctiorum esto iudicium. Poteramus aliter: sed sic stare posse satis rectè uisus est, dum aliquis uetus codex alicũde prodeat, qui illum integrum nobis reddat. Cæterùm ἀὐδρεσι in ἀὐδράσι mutare omnino necesse fuit, ut reliquæ uoces prorsus eædem remanerent.

906. Καὶ ἀλάνν.) Interpretatur Eras. in prouerb. Cor ne edito, hunc uersum:

Et rodor mentem, sumq; animi ambiguus.

In uerbo autem ἀλάνομαι liquidam ν esse, obseruato.

907. Εν τριόδῳ ἕστηκα.) id est, In triuio consisto: quod est prouerbium apud Erasmum.

921. Οὔτε γὰ.) Hunc enarrat uersum Erasmus in prouerb. Alij sementem faciunt, alij metent, hoc modo: Antè tibi exhaustos alij ne trade labores.

929. Παῦροις ἀὐ.) Vertit idem author & hoc distichon in prouerbio, Non omnia possumus omnes, hoc modo:

Sunt pauci, quibus ijsdem & uirtus suppetit, & res:
Fœlix, cui simul hæc sunt data sorte deûm.

Vbi uide, quomodo dixerit τὲ, pro eo quod est ἅμα ὡς.

932. Οἰκοῦσιν χώ.) Hic erat ἔικουσιν, sed in οἰκοῦσιν commutauimus, Erasmi lectionem & sententiam secuti, qui hunc locum transfert in prouerb. Aequalis aequalem delectat:

Omnes hi sese uenerantur, amantq; uicißim,
Vicini, aequales uiribus, atq; senes.

942. Τρέψας.) Quidam τέρψας.

954. Ηδύ τι.) Pro εἵμεν, sunt qui malunt ἦμεν.

957. Μήποτ'.) Apud Stobæum hic uersus corruptus est: qui habet, σαφέως pro ἀφλυῶς. Sequentem sic legit:

Ρυθμὸν καὶ θυμὸν καὶ τρόπον ὅν τιν' ἔχει.

973. Μή μοι.) Hoc carmen in prouerb. Lingua amicus, conuertit Erasmus:

Ne lingua mihi quis sit amicus, sed mage facto.

987. Εἰ θέλης.) Ex hoc loco, Theognidem fœdam illam παιδεραστίαν non improbasse, arguit Athenæus lib. 7. apud quem authorem ut principium huius uersus deprauatum est, ita in proximo pentametro scriptum est καλὸς pro καλόν: & hexametro sequenti, δηριόωσι pro δηρησάντοιν.

990. Γνοίης χ' ὅσος.) Erasmus legit, γνοίης δ' ὅσον: in prouerb. Muli asinis quanto præstantiores. ubi uertit hoc carmen:

Noris uti, quanto muli asinos superant.

995. Χέρνιβα.) Hæc est pura & germana lectio, quam ex Athenæo libro 7. reposuimus: quis enim sensus

ſenſus ex deprauata illa, quæ habet:

Χέρνιβα δ' ἄψα θύραζε φέρετε. φανώμεθα δή σοι
Εὐειδὴς, ῥαδινᾶς χορσὶ Λάκαινα κόρη.

Hinc diſce, quantum negotij faceſſat literarũ ſtudioſis indocta ueterum librariorum negligentia, quæ omnia tam fœdè corrupit. Porrò pro ῥαδινᾶς, habet Athenæus ῥαδινῆς. Dicitur autem Lacæna puella, quæ eſt ex Laconia regione, id eſt, Lacedæmonia: ut Helena, quam Paris rapuit.

1018. Δύσλοφον.) Tmolus mons eſt Ciliciæ, inquit Seruius in illud 1. Georg. Virg.

— Nónne uides croceos ut Tmolus odores?

1028. Οὐκ αὖ ῥηΐδ.) Stobæus habet, ἃ οὐκ ῥηΐδ.

1036. Μὴ πίνε.) Canis ſidus, quæ & canicula, ardentiſsimo æſtatis tempore exoritur, ſole primam partem Leonis ingrediente: qui dies xv. ante Auguſt. Calendas eſt. Plinius libro ſecundo, cap. 47. & libro 18. cap. 28.

1055. Τιμᾷ γοῦ.) Si recta eſt lectió, hic pro dactylo anapæſtum habebimus: quæ res locum mihi ſuſpectum reddit.

1076. Οὐ ξυνετά.) Pro θνητῆς quidam legunt θνητοῖς.

1083. Κάστορ.) Lacedæmon urbs Laconiæ, cuius regionis rex fuit Tyndarus, Caſtoris & Pollucis pater.

1087. Ἀργαλέως.) Hos duos uerſus ſic in Latinum conuertit Eraſ. in prouerb. Auribus lupum teneo:

Pectora nostra tui quàm mirè amor afficit? ut quem
Non odisse queam, sed nec amare queam.

1099. Ὕβρις.) *Magnetes populi: Colophon & Smyrna urbes, de quibus uide Strabonem.*

1102. Χρυσὸς.) *Alij hic legunt,* καλὸς ἅπασιν ἔσῃ. *nos Erasmi lectionem, undecunque illam habeat, amplexi sumus, qui in prouerb. Aurum igni probatum, hanc sententiam sic expreßit:*

Venit ubi ad cotem, & confertur in indice plumbo,
Purum aurum quum sit, totum erit egregium.

1113. Πλοῦτε θε.) Πλοῦτος *diuitiæ, & diuitiarum deus.*

1119. Μή με κα.) *Vlysses descendit ad inferos, Odysseæ* λ. *& procos dedit neci, domum tandem reuersus, Odysseæ* χ. *Penelope fuit uxor Vlyßis, eius filius Telemachus.*

1125. Εἰ πίομαι.) *Pro his duabus uocibus Gnomologi habent,* ὅτι γελῶν.

1130. Ζητῶμεν.) *Vide prouerb. Satius est initijs mederi quàm fini. ubi Erasmus hoc carmen uertit:*

Pharmaca nascenti sunt adhibenda malo.

1131. Ἐλπὶς ἐν.) *Imitatio Hesiodi, in ijs quæ lib. 1.* Ἔργων καὶ ἡμ. *commentus est de Pandora, & Spe in pixide eius sola relicta: de Pudore, Nemesi, Iusticia in cœlum profectis, cum sceleratum hominum consortium amplius ferre non possent. cuiusmodi nonnulla habet etiam Ouidius libro primo* μεταμορφώσ. *& Aratus in* φαινομένοις.

1147. Μή ποτ'.) *habetur hoc ἄδηλον lib. 1.* Epigr. *ubi παρεὶς pro μεθεὶς scriptum est.*

1151. Οὔτ' ἔραμαι.) *Stobæus habet, οὐκ ἔραμαι πλουτεῖν, οὐδ' εὔχομαι. Alij citant ex Theognide, οὐκ ἐθέλω πλουτ.*

1153. Πλοῦτος καὶ.) *Hos duos uersus, qui desiderabantur, sic ut inuenimus apud Gnomologos, huic loco interseruimus: cum uideremus non esse aliàs, quò posset referri illud ὡς δ' αὔτως, quod mox sequitur: liquidoq; constaret, huius sententiæ alteram esse partem.*

1197. Ὄρνιθος φων.) *Gruem intelligit, quæ auis quo tempore ab Aquilone ad nos redit, incipiendam esse arationẽ admonet: quod copiosius enarrat Hesiodus in lib. 2. Ἔργων καὶ ἡμ. ad uersum:*

Φράζεσθαι δ' εὖτ' ἂν γεράνου φωνὴν ἐπακούσῃς.

Quem locum Theognis hîc imitatus est. Porrò pro ἥγε, quædam exemplaria legunt ἥτε: ut est etiam in illo loco, quem citauimus, Hesiodi, ἥτ' ἀρότοιό τε σῆ.

1209. Αἴθων μὲν.) *Si quid αἴθων à nota significatione hîc absit, familiæ forsitan nomen fuerit: ut Argyris, quod mox occurret, uxoris Theognidos nomẽ. Thebas nouem recenset Stephanus; sed hanc Ioniæ in Asia ciuitatem esse puto: ubi Lethæus fluuius ex Pactio Ephesiorum monte (inquit Strabo lib. 14.) ortum habẽs; in Mæandrum influit.*

1219. Ἐχθρὸν.) *Hos duos uersus sic in Latinum sermonem conuerterunt:*

Fallere

Fallere difficile est inimicum: at amicus amicum,
Quando lubet, facilè fallere Cyrne potest.

1221. Οὐδὲν Κύρν.) Et hos 6. uersus ex Ioan. Stobæi Apophth. adiecimus: quos ad hoc Theognidis poema referendos esse, uel Cyrni nomen satis arguit. Tenebūt autem postremum hunc locum, donec dexteriore aliquanto numine, suo tandem resti-tuti fuerint.

Hæc sunt paucula illa, amice Lector, quæ in Theognidis Γνώμας ἐλεγειακὰς habuimus, tibiq; impertienda duximus: quæ eo tu animo accipias uelim, quo nos tua (id est, pergrato) sumus lecturi, si quid melius ampliusq; aliquando dederis.

FINIS.

VETVSTISSIMORVM POETARVM OPERA sententiosa, quæ supersunt:

A IACOBO HERTELIO CVRIENSE collecta & conuersa.

VERSVS IN PHOCYLIDEM.

Phocylides honestam degens uitam,
Vt Christomystes, ut magnus Apostolus,
Vt etiam auditor diuinorum oraculorum,
Optimarumq; præceptor actionum,
Euangelicè hæc & dicit & scribit,
Quæ uita hac fruentibus utilia sunt.

In eundem alij:

Hæc ueneranda iustitia monstrat oracula
Phocylides omnium sapientissimus, diuina dona.

PHOCYLIDÆ POEMA ADMONITORIVM.



EC furtiuis nuptijs uaces, nec uenerẽ obscœnam exerceas.
Ne fraudes consarcias, neq; sanguine manus polluas.
Ne ditescas iniustè, sed ex iustè partis uiue.
Esto contentus præsentibus, & ab alienis abstine.
Mendacia ne dixeris, sed omnia uera loquaris.
Primùm Deum cole: postea uerò tuos parentes.
Omnibus iusta tribue, neq; ad gratiam trahas iudicium.

ΤΑ ΤΩΝ ΠΑΛΑΙΟΤΑΤΩΝ ΠΟΙΗΤΩΝ ΓΝΩΜΙκὰ ποιήματα σωσόμενα.

ΣΤΙΧΟΙ ΕΙΣ ΤΟΝ φωκυλίδην.

Ὁ φωκυλίδης ἐνπρεπῶς ζήσας βίον,
ὡς χριστομύστης, ὡς ἀπόστολος μέγας,
ὡς ἀκροατὴς τῶν θεοῦ θεσπισμάτων,
καὶ μυσταγωγὸς τῶν ἀρίστων πρακτέων,
εὐαγγελικῶς ταῦτα λαλεῖ καὶ γράφει
εὔχρηστα τυγχάνοντα τοῖς ἐν τῷ βίῳ.

Εἰς τὸν αὐτὸν ἕτεροι·

ταῦτα δίκης ὁσίῃσι θεοῦ βουλεύματα φαίνει,
φωκυλίδης ἀνδρῶν ὁ σοφώτατος, ὄλβια δῶρα.

ΦΩΚΥΛΙΔΟΥ ΠΟΙΗΜΑ ΝΟΥΘΕΤΙΚΟΝ.



Ἤτε γαμοκλοπέειν, μὴ ἀσελγεία λύπρειν ὀρίνειν.
μήτε δόλους ῥάπτειν, μήθ' αἵματι χεῖρα μιαίνειν. (τεύειν.
μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοαρκεῖσθαι παρέχουσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι.
ψεύδεα μὴ βάζειν, τὰ δ' ἐτήτυμα πάντ' ἀγορεύειν.
πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας.
πᾶσι δίκαια νέμειν, μηδὲ κρίσιν ἐς χάριν ἕλκειν.

Ne abijcias paupertatē, nec iniustè ullam iudices psonā.
Quod si tu malè iudicaueris, Deus te postea iudicabit.
Mendax fugito testimonium, & iusta dic.
Virginitatem custodi, fidemq; in omnibus serua.
Mēsuras iustas tribue: quoniā modus in omnib. bonus ē.
Lancem ne ferias in alterā partē, sed æqualē protrahe.
Nec peieraueris, neq; inscienter, neq; sponte.
Periurium odit Deus immortalis, quicunq; iurauerit.
Semina ne furare: execrabilis, quisquis abstulerit.
Mercedem laboranti da, nec affige pauperem.
Linguæ mētē adhibe, arcanūq; uerbū in pectore cōtine.
Nec iniurius uelis esse, neq; iniustè agentem sinas.
Mendico statim da, neq; cras reuerti iube.
Plena manu tua misericordiam egeno exhibe.
Exulem in domum excipe, & cæcum duc.
Naufragorum miserere, quoniā nauigatio incerta est.
Manum lapso porrige, uirumq; derelictum serua.
Cōmunes casus omniū: uita trochus, instabilis felicitas:
Si diuitias poßides, tuam manum pauperibus porrige.
Quæ dedit tibi Deus, de his egentibus præbe.
Sit commūnis omnis uita, & concordia omnia.
Gladium accinge non ad cædem, sed ad ultionem:
Vtinam uerò non indigeas hoc, neq; iustè, neq; iniustè.
Nam etiamsi hostem occideris, manum tuam polluis.
Ab agro uicini abstine, neq; transeas.
Omniū optimus modus est: trāsgreßiones uerò uitiosæ.
Non lædes crescentem adhuc agri fructum.

Sint

μὴ ῥίψῃς πενίην, ἀδίκως μὴ κρῖνε πρόσωπον·
ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσσει.
μαρτυρίην ψευδῆ φεύγειν, τὰ δίκαια ἀγορεύειν.
παρθενίην τηρεῖν, πίστιν δ' ἐν πᾶσι φυλάσσειν.
μέτρα νέμειν τὰ δίκαια· καλὸν δ' ἐπὶ μέτρον ἅπασι.
σταθμὸν μὴ κρούειν ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἕλκειν.
μήτ' ἐπιορκήσῃς, μήτ' ἀγνῶς, μήτ' ἑκοντί.
ψεύδορκον στυγέει θεὸς ἄμβροτος, ὅστις ὀμόσσῃ.
σπέρματα μὴ κλέπτειν· ἐπαράσιμος ὅστις ἀφεῖται.
μισθὸν μοχθήσαντι δίδου· μὴ θλῖβε πένητα.
γλώσσῃ νοῦν ἐχέμεν, κρυπτὸν λόγον ἐν φρεσὶν ἴσχειν.
μήτ' ἀδικεῖν ἐθέλῃς, μήτ' οὖν ἀδικοῦντα ἐάσῃς.
πτωχῷ δ' εὐθὺ δίδου, μήτ' αὔριον ἐλθέμεν εἴπῃς.
πληρώσας σέο χεῖρ' ἔλεον χρῄζοντι παράσχου.
ἄστεγον εἰς οἶκον δέξαι, καὶ τυφλὸν ὁδήγει.
ναυηγοὺς οἴκτειρον, ἐπεὶ πλόος ἐστὶν ἄδηλος.
χεῖρα πεσόντι δίδου, σῶσον δ' ἀπερίστατον ἄνδρα.
κοινὰ πάθη πάντων· ὁ βίος τροχός, ἄστατος ὄλβος.
πλοῦτον ἔχων, σὴν χεῖρα πενητεύουσιν ὄρεξον.
ὧν σοι ἔδωκε θεός, τούτων χρῄζουσι παράσχου.
ἔστω κοινὸς ἅπας ὁ βίος, καὶ ὁμόφρονα πάντα.
τὸ ξίφος ἀμφιβαλοῦ, μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ' ἐς ἄμυναν·
εἴθε δὲ μὴ χρῄζοις μήτ' ἔννομα, μήτ' ἀδίκως γε.
ἢν γὰρ ἀποκτείνῃς ἐχθρόν, σέο χεῖρα μιαίνεις.
ἀγροῦ * γειτονέοντος ἀπόσχεο, μηδ' ἄρ' ὑπερβῇς. * al. γείτονος ὄντος.
πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναί.
μηδέ τιν' αὐξόμενον καρπὸν λωβήσεαι ἀρούρης.

Sint in pari honore aduenæ cum ciuibus.
Omnes enim paupertatem experimur uagam.
Terraq; non perpetuò stabilem habet locũ hominibus.
Auaricia mater est uniuersæ malitiæ.
Aurum semper deceptio est, & argentum, hominibus.
O aurum malorũ dux, uitæ pernicies, omnia deijciens,
Vtinam non esses mortalibus malum amabile.
Propter te enim pugnæ, prædæ, cædesq; sunt,
Liberiq; parentibus infensi, fratresq; consanguineis.
Neq; aliam occultes in corde sententiã, aliam proferas:
Neq;, ut saxis adhærens polypus, in loco muteris. (te,
Qui uolẽs iniustè agit, malus uir est; sed q ex necessita-
Nõ dico prorsus (malũ): uerùm sensũ examina cuiusq;.
Ne efferaris sapientia, neq; uiribus, neq; opibus:
Vnus Deus est sapiens, potẽs simul, & omnifariã diues.
Neq; præteritis malis excrucia cor tuum:
Nunquã enim, quod semel factũ est, infectũ potest esse.
Ne sis præceps ad manum, sed compesce sæuam iram.
Sæpe enim percutiens, inuitus cædem perficias.
Paßiones sint cõmunes: nihil magnũ neq; superbum sit.
Non bona est redundans mortalibus utilitas.
Nimius autem luxus ad immodicos trahit amores.
Inflat autẽ nimia opulentia, & ad contumeliã impellit:
Vehementia nimia animi, furorem parit perniciosum.
Ira cupiditas quædam est, sed bilis modum excedit.
Aemulatio bonorum, bona: malorũ uerò, praua. (tes.
Audacia malorũ exitiosa, sed ualde iuuat bona tractan-

ἔστωσαν ὁμότιμοι ἐπήλυδες ἐν πολιήταις.
πάντες γὰρ * πενίης πειρώμεθα τῆς πολυπλάγκτου. * al. ξενίης
χώρη δ' οὔτι βέβαιον ἔχει πέδον ἀνθρώποισιν.
ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.
χρυσὸς ἀεὶ δόλος ἐστὶ καὶ ἄργυρος ἀνθρώποισι.
χρυσὲ κακῶν ἀρχηγὲ, βιοφθόρε, πάντα χαλέπτων,
εἴθε σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινόν.
σοῦ γὰρ ἕκητι μάχαι τε, λεηλασίαι τε, φόνοι τε,
ἐχθρὰ δὲ τέκνα γονεῦσιν, ἀδελφειοί τε συναίμοις.
μηδ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἄλλ' ἀγορεύων,
μηδ' ὡς πετροφυὴς πολύπους κατὰ χῶρον ἀμείβου.
ὅστις ἑκὼν ἀδικεῖ, κακὸς ἀνήρ· ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης,
οὐκ ἐρέω τὸ τέλος· βουλὴν δ' εὔθυνε ἑκάστου.
μὴ γαυροῦ σοφίῃ, μήτ' ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ πλούτῳ·
εἷς θεός ἐστι σοφὸς, δυνατός θ' ἅμα καὶ πολύολβος.
μηδὲ παροιχομένοισι κακοῖς τρύχου τεὸν ἦτορ.
οὐκέτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.
μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα, χαλίνου δ' ἄγριον ὀργήν.
πολλάκι γὰρ πλήξας ἀέκων φόνον ἐξετέλεσσας.
ἔστω κοινὰ πάθη, μηδὲν μέγα, μήθ' ὑπέροπλον.
οὐκ ἀγαθὸν πλεονάζον ἔφυ θνητοῖσιν ὄνειαρ·
ἡ πολλὴ δὲ τρυφὴ πρὸς ἀμέτρους ἕλκει ἔρωτας.
ὑψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλοῦτος, καὶ ἐς ὕβριν ἀέξει.
θυμὸς ὑπερχόμενος μανίην ὀλοόφρονα τεύχει.
ὀργὴ δ' ἐστὶν ὄρεξις, ὑπερβαίνουσα δὲ μῆνις.
ζῆλος τῶν ἀγαθῶν ἐσθλὸς, φαύλων δ' ὑποεργὸς.
τόλμα κακῶν ὀλοὴ, μέγ' ὀφέλλει δ' ἐσθλὰ πονοῦντας.

Virtutis amor honestus est:sed Veneris,auget dedecus.
Voluptas est inter ciues uir prudens,
Moderatè cibum potumq; sumas,& loquaris;
Omnium modus optimus,excessus uerò uitandus est.
Ne inuideas bona socijs,ne reprehensionem incurras.
Sine inuidia etiam dij inter se uiuunt.
Non inuidet luna longè præstantioribus solis radijs:
Nec terra altitudini cœlesti,licet ipsa sit infima:
Non flumina mari:sed concordiam agunt perpetuam.
Nam si discordia inter deos esset, non consisteret cœlũ.
Temperantiam exerce;& factis obscœnis abstineto.
Ne sectare malignitatem,sed iure repelle iniuriam.
Persuasio quidem utilitatem,lis uerò litem gignit.
Ne credas temerè,priusquam certò finem perspicias.
Vincere benefacientes in pluribus conuenit.
Pulchrius est excipere hospitẽ statim frugalib.mensis,
Quàm pluribus suspectis,& tardantibus intempestiuè.
Nunquam exactor amarus sis uiro pauperi.
Neq; quis aues è nido simul omnes auferat:
Sed matrem relinquas,ut rursus ex ea habeas pullos.
Nunquam imperitis hominibus iudicium permittas.
Sapiens sapientiam dirigit, & artes earundem peritus.
Rudis audiens magnam eruditionem,non capit:
Nihil enim intelligunt,qui nunquam bona didicêre.
Nunquam mensipetas adulatores fac sodales.
Multi namq; cibi potusq; sunt amici,
Commodum adulantes,ut exatiari poßint;

Irascen-

σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς· ὁ δὲ Κύπριδος, αἶσχος ὀφέλλει.
ἡδὺς ἀγανόφρων κικλήσκεται ἐν πολιήταις.
μέτρῳ μὲν φαγέειν, πιεῖν, καὶ μυθολογεύειν·
πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίη δ᾽ ἀλεγεινή.
μὴ φθονέῃς δ᾽ ἀγαθῶν ἑτάροις, μὴ μῶμον ἀνάψῃς.
ἄφθονοι οὐρανίδαι καὶ ἐν ἀλλήλοις τελέθουσιν.
οὐ φθονέει μήνη πολὺ κρείσσοσιν ἡλίου αὐγαῖς·
οὐ χθὼν οὐρανίοις ὑψώμασι, νέρθεν ἐοῦσα·
οὐ ποταμοὶ πελάγεσσιν· ἀεὶ δ᾽ ὁμόνοιαν ἔχουσιν.
εἰ γὰρ ἔρις μακάρεσσιν ἔην, οὐκ ἂν πόλος ἔστη.
σωφροσύνην δ᾽ ἀσκεῖν· αἰσχρῶν δ᾽ ἔργων ἀπέχεσθαι.
μὴ μιμοῦ κακότητα, δίκῃ δ᾽ ἀπάλειψον ἄμυναν.
πειθὼ μὲν γὰρ ὄνειαρ, ἔρις δ᾽ ἔριν ἀντιφυτεύει.
μὴ πίστευε τάχιστα, πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψει.
νικᾶν εὖ ἔρδοντας ἐπὶ πλεόνεσσι καθήκει.
καλὸν ξεινίζειν ταχέως λιταῖσι τραπέζαις,
ἢ πλείσταις δολίαισι, βραδυνούσαις παρὰ καιρόν.
μηδέποτε χρήστης πικρὸς γένῃ ἀνδρὶ πένητι.
μηδέ τις ὄρνιθας καλιῆς ἅμα πάντας ἑλέσθω·
μητέρα δ᾽ ἐκπρολίποις, ἵν᾽ ἔχῃς πάλι τῆσδε νεοττούς.
μηδέποτε κρίνειν ἀδαήμονας ἄνδρας ἐάσῃς.
τὴν σοφίην σοφὸς ἰθύνει, τέχνας δ᾽ ὁμότεχνος.
οὐ χωρεῖ μεγάλην διδαχὴν ἀδίδακτος ἀκούειν·
οὐ γὰρ δὴ νοέουσ᾽ οἱ μηδέ ποτ᾽ ἐσθλὰ μαθόντες.
μηδὲ τραπεζοκόρους κόλακας ποιεῖσθαι ἑταίρους.
πολλοὶ γὰρ πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι,
καιρὸν θωπεύοντες, ἐπὴν κορέσασθαι ἔχωσιν·

Irascentes paucis, & omnes multis inexplebiles.
Vulgo ne fide: mutabile est uulgus:
Vulgus, aqua & ignis, prorsus intractabilia sunt.
Neq; frustra ad ignem sedenti deficiat carum cor.
Moderata dijs sacrificia: mediocritas enim optima est.
Terram impartire insepultis cadaueribus.
Nec tumulū mortuorū refodias, neq; non aspectabilia
Soli monstres, diuinamq; iram accersas.
Inhonestum est hominis compagem resoluere.
Et mox è terra speramus nos in lucem prodituros,
Defunctorum reliquias: postea uerò dij erunt.
Animæ nanq; incorruptæ manent in mortuis.
Spiritus enim Dei est imago, & usus mortalibus:
Corpus uerò ex terra habemus, & omnes in eam
Resoluti puluis sumus: cœlum uerò spiritum recipit.
Diuitijs ne parcas: sed recordare quòd mortalis es.
Nō licet in inferno opes habere, uel pecuniā colligere.
Oēs uita functi pares sunt. Deus autē animab. imperat.
Communia domorum tecta æterna, & patria orcus
Communis locus uniuersis, pauperibus & regibus.
Non multum temporis uiuimus homines, sed ad tēpus:
Anima uerò immortalis & senectutis expers uiuit sem-
Ne aduersis frangere, neq; exulta gaudio: (per.
Sæpe in uita etiam certis fides non habenda est.
Tempori seruias, nec repugnes uentis.
Detrimentum dolentibus, maliq; solutio subitò adsint.
Ne grandiloquentia oblectatus mente rabiosus fias:
Facun-

ἀχθόμενοι δ' ὀλίγοις, καὶ πολλοῖς πάντες ἄπληστοι.
λαῷ μὴ πίστευε· πολύτροπός ἐστιν ὅμιλος·
λαός τοι, καὶ ὕδωρ, καὶ πῦρ, ἀκατάσχετα πάντα.
μηδὲ μάτην ἐπὶ πῦρ καθίσας μινύθης φίλον ἦτορ.
μέτρα δὲ τεῦχε θεοῖσι· τὸ γὰρ μέτρον ἐστὶν ἄριστον.
γαῖαν ἐπιμοιρᾶσθαι ἀταρχύτοις νεκύεσσι.
μὴ τύμβον φθιμένων ἀνορύξῃς, μηδ' ἀθέατα
δείξῃς ἠελίῳ, καὶ δαιμόνιον χόλον ὄρσῃς.
οὐ καλὸν ἁρμονίην ἀναλυέμεν ἀνθρώποιο.
καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν,
λείψαν' ἀποιχομένων· ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται.
ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.
πνεῦμα γάρ ἐστι θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών·
σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πάντες ἐς αὐτὴν
λυόμενοι κόνις ἐσμέν, ἀὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται.
πλούτου μὴ φείδου· μέμνησ' ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις·
οὐκ ἔνι ἐς ἅδην ὄλβον ἔχειν, καὶ χρήματ' ἄγεσθαι·
πάντες ἴσοι νέκυες, ψυχῶν δὲ θεὸς βασιλεύει·
κοινὰ μέλαθρα δόμων αἰώνια καὶ πατρὶς ᾅδης,
ξυνὸς χῶρος ἅπασι, πένησί τε καὶ βασιλεῦσιν.
οὐ πουλὺν ἄνθρωποι ζῶμεν χρόνον, ἀλλ' ἐπὶ καιρόν.
ψυχὴ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός.
λύπη παροῦσα πάντοτ᾽ ἐστὶν ἡ γυνή.
λέοντι συζῆν, ἢ γυναικὶ συμβιοῦν.
μεστὸν κακῶν πέφυκε φόρτιον γυνή.
νύμφη δ᾽ ἄπροικος οὐκ ἔχει παῤῥησίαν.
οὐδὲν γυναικὸς χεῖρον, οὐδ᾽ ἡ τῆς καλῆς.
πολλοὶ γυναικῶν δυστυχοῦσιν εἵνεκεν.
ῥύπος γυνὴ πέφυκεν ἠργυρωμένος.
τερπνὸν κακὸν πέφυκεν ἀνδράσι γυνή.
ὑπερήφανον πρᾶγμ᾽ ἐστὶν ὡραία γυνή.
ὑπὲρ γυναικὸς καὶ φίλου πονητέον.
χειμὼν κατ᾽ οἴκους ἐστὶν ἀνδράσιν γυνή.
ὡς ἔστ᾽ ἄπιστον ἡ γυναικεία φύσις.

εἰς δῆμον.

ἰσχυρὸν ὄχλος ἐστὶν, οὐκ ἔχει δὲ νοῦν.

εἰς δίκαιον.

ἀνδρὸς δικαίου καρπὸς οὐκ ἀπόλλυται.
ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν, οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν,
ἀλλ᾽ ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος, οὐ βούλεται.
βάδιζε τὴν εὐθεῖαν, ἵν᾽ δίκαιος ᾖς.
βίου δικαίου γίγνεται τέλος καλόν.
δίκαιος ἴσθ᾽, ἵνα καὶ δικαίων δὴ τύχῃς.
δίκαιος εἶναι μᾶλλον, ἢ χρηστὸς θέλε.
δίκαια δράσας, συμμάχου τεύξῃ θεοῦ.

Iudicare id quod iustum,non quod utile est,uelis.
Aduersus bene dicentes nihil contradicere possum.
Mores iusti,possessio preciosissima est.

In gloriam.

Nitere tibi ipsi gloriam relinquere.
Bene audire magis quàm ditescere uelis.
Vana gloria nihil miserius.

In seruos.

Seruo deterius nihil,ne bono quidem.
Vnus est seruus domus,herus.
Angit me seruus,domino maiores attollens spiritus.
Quàm iucundum est seruo,dominũ probum nancisci.

In infortunium.

Quercu lapsa unusquisq; ligna incidit.
Oportet alios esse miseros,alios fœlices.
Viro infortunato ne affingas malum.
Ex uoluptate nascitur infortunium.
Ne insulta infortunato:communis enim fortuna est.
Nunquam de teipso infortunatus desperes.
Existima communia omnia infortunia.
Hei mihi:etenim repẽtè infœlicẽ esse,generat furorem.
Infortunatorum fortunatus nullus amicus.

In continentiam.

Ventris nitere omnes habenas retinere.
Venter & multa capit,& pauca.

In spes.

Vir infœlix seruatur spe.

λέγειν δίκαιον, μὴ τὸ συμφέρον, θέλε.
πρὸς σὺ λέγοντας οὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω.
τρόπος δίκαιος, κτῆμα τιμιώτατον.

εἰς δόξαν.

ζήτει σεαυτῷ δόξαν ἐγκαταλιπεῖν.
καλῶς ἀκούειν μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν θέλε.
κενῆς δὲ δόξης οὐδὲν ἀθλιώτερον.

εἰς δούλους.

δούλου δὲ χεῖρον οὐδὲν, οὐδὲ τοῦ καλοῦ.
εἷς ἐστὶ δοῦλος οἰκίας, ὁ δεσπότης.
λυπεῖ με δοῦλος, δεσπότου μεῖζον φρονῶν.
ὡς ἡδὺ δούλῳ, δεσπότου χρηστοῦ τυχεῖν.

εἰς δυστυχίαν.

δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται.
δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυστυχεῖς, τοὺς δ' εὐτυχεῖς.
ἐπ' ἀνδρὶ δυστυχοῦντι μὴ πλάσῃς κακόν.
ἐξ ἡδονῆς γὰρ φύεται τὸ δυστυχεῖν.
μὴ 'μβαινε δυστυχοῦντι, κοινὴ γὰρ τύχη.
μηδέποτε σαυτὸν δυστυχοῦν ἀπελπίσῃς.
νόμιζε κοινὰ πάντα δυστυχήματα.
οἴ μοι, τὸ γὰρ ἄφνω δυστυχεῖν, μανίαν ποιεῖ.
τῶν δυστυχούντων εὐτυχὴς οὐδεὶς φίλος.

εἰς ἐγκράτειαν.

γαστρὸς δὲ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν.
ἡ κοιλία καὶ πολλὰ χωρεῖ, καὶ ὀλίγα.

εἰς ἐλπίδας.

ἀνὴρ ἀτυχῶν δὲ σώζεται ταῖς ἐλπίσιν.

Spes alunt inanes mortales.
Spera omnia ad senectutem usq;,mortalis cùm sis.

In laudem.

De teipso laudes ne habueris.
Amicos laudibus magis quàm te celebres.

In nobilem.

Vir optimus nunquam fuerit ignobilis.

In fœlicitatem.

Aequum est fœlicem meminisse Dei.
Suo iudicio nemo est fœlix.
Commune bonum est,bonus fœlix.
Nullus est qui in omnibus sit fœlix.
Multi quidem fœlices sunt,at non sapiunt.
Fœlicem etiam sapientem esse existimamus.
Fortunato quæuis terra patria.
Fœlicium omnes sunt cognati.
Quàm facilè cadunt splendidæ fortunæ.

In pietatem.

Mortalis cũ sis,ne sapias quæ supra Dei uoluntatẽ sunt.
Deum cole,& omnia facies diuino instinctu.
De pietate & loquere,& disce.

In preces.

Preces iustas audit Deus.

In amantem.

Senex amator,extrema mala fortuna est.

In odium.

Immortale odium ne serues,mortalis cùm sis.

Inimicos

αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι τοὺς κενοὺς βροτῶν.
ἔλπιζε πάντα μέχρι γήρως, θνητὸς ὤν.

εἰς ἔπαινον.

ὑπὲρ σεαυτοῦ μὴ φράσῃς ἐγκώμια.
φίλων ἔπαινον μᾶλλον, ἢ σαυτοῦ λέγε.

εἰς εὐγενῆ.

ἀνὴρ ἄριστος οὐκ ἂν εἴη δυσγενής.

εἰς εὐτυχίαν.

δίκαιον εὖ πράττοντα μεμνῆσθαι θεοῦ.
κατ' ἰδίαν φρόνησιν οὐδεὶς εὐτυχεῖ.
κοινὸν δὲ καλόν ἐστι χρηστὸς εὐτυχῶν.
οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.
πολλοὶ μὲν εὐτυχοῦσιν, οὐ φρονοῦσι δέ.
τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν.
τῷ γὰρ καλῶς πράσσοντι πᾶσα γῆ πατρίς.
τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς.
ὡς εὐκόλως πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι.

εἰς εὐσέβειαν.

θνητὸς πεφυκὼς μὴ φρονῇς ὑπέρθεα.
θεὸν σέβου, καὶ πάντα πράξεις εὐθέως.
ὑπὲρ εὐσεβείας καὶ λάλει, καὶ μάνθανε.

εἰς εὐχήν.

εὐχῆς δικαίας οὐκ ἀνήκοος θεός.

εἰς ἐρῶντα.

γέρων ἐραστής, ἐσχάτη κακὴ τύχη.

εἰς ἔχθραν.

ἀθάνατον ἔχθραν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν.

Inimicos ulciſcere non cum tuo incommodo.
Inimicis diſſidens, nunquam patieris incommodum.
Sermonem inimici nunquam putes amicum.

In uitam.

Viuere uolens, ne facias morte digna.
Viuere turpe eſt, quibus uitam inuidit fortuna.
Omnes præclarè uiuere uolumus, ſed non poſſumus.
Quàm iucundum eſt uiuere non inuidente fortuna?

In uoluptatem.

Intempeſtiua uoluptas parit damnum:
Nam ferè propter uoluptates moleſtia afficimur.

In mortem.

Mortalibus omnibus uita excedere neceſſe eſt.
Vita improba mors optabilior eſt.
Aut uiuere citra moleſtiam, aut mori fœliciter oportet.
Mortalis natus cum ſis, ne irrideas mortuum.
Pulchrum mori, quibus uita iniuriam adfert.
Præſtat non uiuere, quàm uiuere miſerè.
Quem amat Deus, is moritur iuuenis.
Nunquam beatum cenſui ſumptuoſum mortuum.
Mori non turpe eſt, ſed turpiter mori.

In Deum.

Deus adiuuans, omnia facit facilè.
Deo uolente, etiam in crate nauiges.
Animus nobis eſt, in unoquoq; Deus.
Vbiq; eſt, omnia reſpicit Deus.
Quod alit me, id ego iudico Deum.

ἐχθρὺς ἀμύνε, μὴ 'πὶ τῇ σαυτοῦ βλάβῃ.
ἐχθροῖς ἀπιςῶν, οὔποτ' αὖ πάθοις βλάβην.
λόγον παρ' ἐχθροῦ, μήποθ' ἡγέσῃ φίλον.

εἰς ζωήν.

ζῆν βουλόμενος μὴ πράττε θανάτου ἄξια.
ζῆν αἰσχρὸν, οἷς ζῆν ἐφθόνησεν ἡ τύχη.
πάντες καλῶς ζῆν ἐθέλομεν, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα.
ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν, μὴ φθονούσης τῆς τύχης.

εἰς ἡδονήν.

ἡ γὰρ παράκαιρος ἡδονὴ, τίκτει βλάβην.
ὡς πολλὰ διὰ τὰς ἡδονὰς λυπούμεθα.

εἰς θάνατον.

βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται.
ζωῆς πονηρᾶς θάνατος αἱρετώτερος.
ἢ ζῆν ἀλύπως, ἢ θανεῖν εὐδαιμόνως.
θνητὸς πεφυκὼς, μὴ γέλα τεθνηκότα.
καλὸν τὸ θνήσκειν οἷς ὕβριν τὸ ζῆν φέρει.
κρεῖσσον τὸ μὴ ζῆν ἐστιν, ἢ ζῆν ἀθλίως.
ὃν γὰρ φιλεῖ θεὸς γ', ἀποθνήσκει νέος.
οὐ πώποτ' ἐζήλωσα πολυτελῆ νεκρόν.
τὸ γὰρ θανεῖν οὐκ αἰσχρὸν, ἀλλ' αἰσχρῶς θανεῖν.

εἰς θεόν.

θεὸς συνεργῶν, πάντα ποιεῖ ῥᾳδίως.
θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.
ὁ νοῦς γὰρ ἡμῖν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ θεός.
πάντῃ γάρ ἐστι, πάντα τε βλέπει θεός.
τὸ γὰρ τρέφων με, τοῦτ' ἐγὼ κρίνω θεόν.

In medicos.

Medicus garrulus, laboranti rursum morbus est.
Multorum medicorum uisitatio me perdidit.

In tempus.

Omnia in tempore gratiam habent uindemiata.
Pulchrum cuiusuis temporis nosse modum.
Tempus est multo potentius legibus.
Tempora dissoluunt regna.
Tempus sortitus mendicus potest multum.
Multorum tempus fit author.
Multos tempus uiros, cum non sint, facit.
Celerrimè tempus transmutat res.
Occasionem precare aßiduè propitiam habere.
Quàm magna res est parua in tempore data.
Tempus omnia uitæ iudicat bene.

In pulchritudinem.

Ne facias iudicium, uidens pulchritudinem, sed mores.
Quàm iucũda pulchritudo, quũ habet mentẽ sapientẽ.

In lucrum.

Victũ cõpara ex qualibet re, præterquã ex malis rebus.
Volumus ditescere omnes, sed non possumus.
Optime, ne lucrum in omnibus tibi proponas.
Velis cogere ex iustis rebus uictum.
Mores improbos fuge, & lucrum improbum.
Lucrum improbum ne accipere uelis unquam.
Lucrum improbum detrimentum semper adfert.
Parua lucra maiora detrimenta adferunt.

εἰς ἰατρούς.

ἰατρὸς ἀδόλεσχος, νοσοῦντι πάλιν νόσος.
πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδος μ' ἀπώλεσεν.

εἰς καιρόν.

ἅπαντα καιρῷ χάριν ἔχει τρυγώμενα.
καλὸν τὸ καιροῦ παντὸς εἰδέναι μέτρον.
καιρὸς γάρ ἐστι τῶν νόμων κρείττων πολύ.
καιροὶ δὲ καταλύουσι τὰς τυραννίδας.
καιροῦ τυχὼν γοῦν πτωχὸς ἰσχύει μέγα.
πολλῶν ὁ καιρὸς γίγνεται παραίτιος.
πολλοὺς ὁ καιρὸς ἄνδρας οὐκ ὄντας ποιεῖ.
τάχιστ' ὁ καιρὸς μεταφέρει τὰ πράγματα.
τὸν καιρὸν οὐχὶ πάντοθ' ἵλεων ἔχειν.
ὡς μέγα τὸ μικρόν ἐστιν ἐν καιρῷ δοθέν.
ὥρα τὰ πάντα τοῦ βίου κρίνει καλῶς.

εἰς κάλλος.

μὴ κρῖν' ὁρῶν τὸ κάλλος, ἀλλὰ τὸν τρόπον.
ὡς ἡδὺ κάλλος, ὅταν ἔχει νοῦν σώφρονα.

εἰς κέρδος.

βίον πόριζε πάντοθεν, πλὴν ἐκ κακῶν.
βουλόμεθα πλουτεῖν πάντες, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα.
βέλτιστε, μὴ τὸ κέρδος ἐν πᾶσι σκόπει.
ζήτει συνάγειν ἐκ δικαίων τὸν βίον.
ἦθος πονηρὸν φεῦγε, καὶ κέρδος κακόν.
κέρδος πονηρὸν μὴ λαβεῖν βούλου ποτέ.
κέρδος πονηρὸν ζημίαν αἰεὶ φέρει.
τὰ μικρὰ κέρδη μείζονας βλάβας φέρει.

Vbi lucrum, contra naturam seruiendum est.
Lucrum existima lucrum esse, si iustum sit.
Turpia lucra calamitates adferunt.

In iudicium, & in diuinam iusticiam.

Deferre non licet, & ferre iudicium simul.
Inexpensum ne punias quenquam.
Ducit numen malos ad pœnas.
Est iusticiæ oculus, qui omnia uidet.
Dei pœnas non effugit mortalis.
Te latiturum semper ne putes, improbus cùm sis.
Acer Dei est oculus ad omnia uidendum.

In occulta.

Relictis certis, ne persequare incerta.
Vel ne facias tegendum, uel solus facias.
Suspicio graue est hominibus malum.

In famem.

Fames summus dolor hominibus est.
Fami enim nullum licet contradicere uerbum.
Multorum fames est magistra.

In orationem.

Vehementius nihil est oratione.
Oratio enim molestiæ medicamentum est sola.
Sermone mihi persuasisti, medicamento doctißimo.
Seorsum tum dicere multa, & tempestiua oportet.
Viri forma ex uerbis deprehenditur.
Verbis pensa, uerbis qui suadet tibi.

ὅπου τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν δουλεύειν.
τὸ κέρδος ἡγοῦ κέρδος, ἂν δίκαιον ᾖ.
τὰ δ' αἰσχρὰ κέρδη συμφορὰς ἐργάζεται.

εἰς κρίσιν, καὶ εἰς τὴν θείαν δίκην.

κατηγορεῖν οὐκ ἔστι καὶ κρίνειν ὁμοῦ.
ἀνεξέταστον μὴ κόλαζε μηδένα.
ἄγει τὸ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην.
ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.
θεοῦ γὰρ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός.
λήσειν διὰ τέλους μὴ δόκει πονηρὸς ὤν.
ὀξὺς θεοῦ δ' ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πάνθ' ὁρᾶν.

εἰς κρύφια.

ἀφεὶς τὰ φανερὰ, μὴ δίωκε τ' ἀφανῆ.
ἢ μὴ ποίει τὸ κρυπτὸν, ἢ μόνος ποίει.
ὑπόνοια δεινόν ἐστιν ἀνθρώποις κακόν.

εἰς λιμόν.

λιμὸς μέγιστον ἄλγος ἀνθρώποις ἔφυ.
λιμῷ γὰρ οὐδέν ἐστιν ἀντειπεῖν ἔπος.
πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος.

εἰς λόγον.

ἰσχυρότερον δέ γ' οὐδέν ἐστι τοῦ λόγου.
λόγος γάρ ἐστι λύπης φάρμακον μόνος.
λόγῳ μ' ἔπεισας, φαρμάκῳ σοφωτάτῳ.
χωρὶς τότ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.
ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.
λόγοις ἀμείβου τὸν λόγοις πείθοντά σε.

Mœrorem beneuola scit curare oratio.
Ratione regitur mortalium uita, sola.
Maximum est iræ medicamentum oratio.
Oratio medica est animi affectus.
Verbum intempestiuè dictum subuertit uitam.
Iaculatus uerbum aliquis, non recipit rursum.
Animi ægroti est medicamentum oratio.

In mœrorem.

Semper quod tristiciam inferat, eijce è uita.
Ergo cognata quædam res est mœror & uita.
Viuere sine tristicia mortalem non est facile.
Mœrores hominibus pariunt morbos. (uitæ.
Nauigij portus quidē: animi aūt trāquillitas, portus est
Non est mœrore deterius hominibus malum.
Viuere sine tristicia, uiri est fœlicis.

In ebrietatem.

Præstat sobrium esse, quàm multum crapulari.
Multum merum parum cogit sapere.

In futurum.

Mortalis natus, quæ à tergo sunt, nitere respicere.
Manet unumquenq; id quod passurus est.
Ne mihi contingant quæ uolo, sed quæ sunt utilia.
Nemo de futuro tutò deliberat.

In pœnitentiam.

Pœnitentia est hominibus iudicium.

In moderationem.

Hominem esse teipsum submone semper.

λύπην γὰρ οὕτως οἶδεν ἰᾶσθαι λόγος.
λόγῳ διοικεῖται βροτῶν βίος μόνῳ.
μέγιστόν ἐστιν ὀργῆς φάρμακον λόγος.
ὁ λόγος ἰατρός ἐστι τοῦ κατὰ ψυχὴν πάθους.
ῥῆμα παρὰ καιρὸν ῥηθὲν ἀνατρέπει βίον.
ῥίψας λόγον τὶς, οὐκ ἀναιρεῖται πάλιν.
ψυχῆς νοσούσης ἐστὶ φάρμακον λόγος.

εἰς λύπην.

ἀεὶ τὸ λυποῦν ἐκδίωκε τοῦ βίου.
ἆρ' ἐστὶ συγγενές τι λύπη καὶ βίος.
βιοῦν ἀλύπως θνητὸν ὄντ' οὐ ῥᾴδιον.
λῦπαι γὰρ ἀνθρώποισι τίκτουσι νόσους.
πλοίου λιμὴν μὲν, ἀλυπία δ' ὅρμος βίου.
οὐκ ἔστι λύπης χεῖρον ἀνθρώποις κακόν.
τὸ ζῆν ἀλύπως, ἀνδρός ἐστιν εὐτυχοῦς.

εἰς μέθην.

καλὸν τὸ νήφειν, ἢ τὸ πολλὰ κραιπαλᾶν.
ὁ πολὺς ἄκρατος μικρ' ἀναγκάζει φρονεῖν.

εἰς τὸ μέλλον.

θνητὸς πεφυκὼς, τοὐπίσω πειρῶ βλέπειν.
μένει δ' ἕκαστον τοῦθ', ὅπερ μέλλει παθεῖν.
μή μοι γένοιθ' ἃ βούλομ', ἀλλ' ἃ συμφέρει.
οὐδεὶς τὸ μέλλον ἀσφαλῶς βουλεύεται.

εἰς μετάνοιαν.

ἡ δὲ μετάνοια γίγνετ' ἀνθρώποις κρίσις.

εἰς μετριότητα.

ἄνθρωπον ὄντα σαυτὸν ἀναμίμνησκ' ἀεί.

Velis placere omnibus,non tibi solùm.
Si mortalis es,optime,mortalia etiam cogites.
In comiter salutantibus est quædam gratia.
Aequalis sis omnibus,etiamsi opibus præcellas.
Salutis argumentum placidi mores.
Illud,Nosce teipsum,ubiq; est utile.

In nouercam.

Grauius nullum aliud nouerca malum.

In iuuentutem.

Vigor ætatis omninò nihil à flore differt.
Memento iuuenis cùm sis,quòd senex eris aliquando.
Iuuenis cum sis,multa utilia disce.
Iuuenem tacere magis quàm loqui decet.
Iuuenis cùm sis,audire seniores uelis.

In leges.

Res fortis lex est,si principem habeat.
Lege omnia fiunt,& iudicantur.
Leges sequi patrias pulchrum est.
Vi præsente nihil potest lex.
Orator improbus leges subuertit.

In hospites.

Hospites pauperes ne negligas,cùm uideris.
Peregrinis succurrens,paria obtinebis aliquando.
Hospitij curam habe,ne uincaris.
Peregrinis fidis fidelis sis amicus.
Hospitem iniuria nunquam afficies,occasionem nactus.
Peregrino maximè confert modestia.

βούλου δ' ἀρέσκειν πᾶσι, μὴ σαυτῷ μόνον.
εἰ θνητὸς εἶ βέλτιστε, θνητὰ καὶ φρόνει.
ἐν δ' οὖν προσηγόροισιν ἐστὶ τὶς χάρις.
ἴσος μὲν ἴσθι πᾶσι, κἂν προὔχῃς βίῳ.
σωτηρίας σημεῖον, ἥμερος τρόπος.
τὸ γνῶθι σαυτὸν, πανταχοῦ 'στι χρήσιμον.

εἰς μητρυάν.

δεινότερον οὐδὲν ἄλλο μητρυῆς κακόν.

εἰς νεότητα.

ἀκμὴ τοσαύτολον οὐδὲν αὖθις διαφέρει.
μέμνησο νέος ὢν, ὡς γέρων ἔσῃ ποτέ.
νέος πεφυκὼς πολλὰ χρηστὰ μάνθανε.
νέῳ δὲ σιγᾶν μᾶλλον, ἢ λαλεῖν πρέπει.
νέος ὢν ἀκούειν τῶν γεραιτέρων θέλε.

εἰς νόμους.

ἰσχυρὸν ὁ νόμος ἐστὶν, κἂν ἄρχοντ' ἔχῃ.
νόμῳ τὰ πάντα γίγνεται καὶ κρίνεται.
νόμοις ἕπεσθαι τοῖσιν ἐγχώροις καλόν.
βίας παρούσης οὐδὲν ἰσχύει νόμος.
ῥήτωρ πονηρὸς τοὺς νόμους λυμαίνεται.

εἰς ξένους.

ξένους πένητας μὴ παραδράμῃς ἰδών.
ξένοις ἐπαρκῶν, τῶν ἴσων τεύξῃ ποτέ.
ξενίας ἀεὶ φρόντιζε, μὴ καθυστέρει.
ξένοισι πιστοῖς, πιστὸς ὢν, γίγνου φίλος.
ξένον ἀδικήσεις μηδέποτε, καιρὸν λαβών.
ξένῳ μάλιστα συμφέρει τὸ σωφρονεῖν.

Peregrinus cùm ſis,pacatus eſto,& bene tecum agetur.
Hoſpitem præferre magis,hominibus mos eſt.
Hoſpitem tacere melius eſt,quàm uociferari.
Hoſpes cùm ſis,hoſpites tuos cole.
Peregrinos hoſpitio ſuſcipe:etenim tu hoſpes eris.
Peregrinatio uitam reddit modeſtiorem.

In iuſiurandum.

Virorum improborum iuſiurandum in aqua ſcribe.
Deum,dum peieras,ne te putes latêre.
Iuſiurandum fuge,uel ſi iuſtè iures.

In iracundiam.

Homo cum ſis,da operam iram ut cohibeas.
Sis ad iram non celer,ſed tardus.
Lædit uirum animus in iram lapſus.
Viues uitam optimam,ſi animum cohibeas.
Animum comprimere,& cupiditatem,optimum eſt.
Vince iram recta ratione.
Ira,multa facere cogit mala.
Nemo cum ira tutò conſultat.
Ira amantium paruum uiget tempus.
Iram ſocij & amici nitere ferre.
Fugere ſemper oportet dominos iratos.

In liberos.

Spontanea moleſtia eſt liberorum procreatio.
Beatum eſt,filium bonis moribus præditum alere.
Beatus eſt,qui fœlix fuit in liberis:
Columna enim domus,filij ſunt mares.

Amici.

ξεῖνος ὢν ἀπράγμων ἴσθι, καὶ πράξεις καλῶς.
ξένον προτιμᾶν μᾶλλον ἀνθρώποις ἔθος.
ξένον δὲ σιγᾶν κρεῖττον, ἢ κεκραγέναι.
ξένος πεφυκὼς, τοὺς ξενοδόχους σέβου.
ξένους ξένιζε, καὶ σὺ γὰρ ξένος γ' ἔσῃ.
πλάνη βίον τίθησι σωφρονέστερον.

εἰς ὅρκον.

ἀνδρῶν δὲ φαύλων ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφε.
θεὸν ἐπιορκῶν, μὴ δόκει λεληθέναι.
ὅρκον δὲ φεῦγε, κἂν δικαίως ὀμνύῃς.

εἰς ὀργήν.

ἄνθρωπος ὤν, γίγνωσκε τῆς ὀργῆς κρατεῖν,
γίγνου δ' ἐς ὀργὴν μὴ ταχὺς, ἀλλὰ βραδύς.
βλάπτει τὸν ἄνδρα θυμὸς εἰς ὀργὴν πεσών.
ζήσεις βίον κράτιστον, ἂν θυμοῦ κρατῇς.
θυμοῦ κρατῆσαι κἀπιθυμίας καλόν.
νίκησον ὀργὴν τῷ λογίζεσθαι καλῶς.
ὀργὴ δὲ πολλὰ δρᾶν ἀναγκάζει κακά.
οὐδεὶς μετ' ὀργῆς ἀσφαλῶς βουλεύεται.
ὀργὴ φιλούντων μικρὸν ἰσχύει χρόνον.
ὀργὴν ἑταίρου καὶ φίλου πειρῶ φέρειν.
φεύγειν ἀεὶ δεῖ δεσπότας θυμουμένους.

εἰς παῖδας.

αὐθαίρετος λύπη 'στὶν, ἡ τέκνων σπορά.
μακάριόν ἐστιν υἱὸν εὔτακτον τρέφειν.
μακάριος, ὅστις εὐτύχησεν εἰς τέκνα·
στῦλος γὰρ οἴκου, παῖδές εἰσιν ἄῤῥενες.

Amicitiæ maximum uinculum est filiorum partus.

In doctrinam.

Possessio est, quæ nulla ui auferri potest, doctrina mor-
Omnes eruditio placidos facit. (talibus.
Præmium uirtutis est bona institutio.
Respiciens, edoctus sum, in aliorum mala.
Literas discere oportet: & ubi didiceris, prudentē esse.
Duplum quàm alij uident, qui literas didicerunt.
Baculus est eruditio uitæ.
Pulchra est possessio doctrina mortalibus.
Etiam inter rusticos est doctrinæ ratio.
Pulchrum etiam seni discere uehementer.
Honorem omnibus affert doctrina mortalibus.
Qui literas nouit, fit longè prudentior.
Prudens secum circumfert opes.
Qui non uapulauit, non eruditur.
Literarum expers non uidet, uidens.
Non est doctrina possessio preciosior.
Doctorum consuetudine etiam euades doctus.
Prudentia est, etiam discere quod ignoras.
Prudentem apud uirum primùm inuenta est ratio.
Doctus non est, qui ad omnia offendit.
Sapientia diuitijs possessio preciosior.
Docto ab homine oportet doctum quidpiam discere.
Docti tegunt suas iacturas.
Quàm nihil est doctrina, nisi mens adsit.

In hortationem.

Omnes sumus ad monendum prudentes.

φιλίας μέγιστος δεσμὸς αἱ τέκνων γοναί.

εἰς παιδείαν.

ἀναφαίρετον κτῆμ' ἐστὶ παιδεία βροτοῖς.
ἅπαντας ἡ παίδευσις ἡμέρους ποιεῖ.
βραβεῖον ἀρετῆς ἐστὶν ἡ παίδευσία.
βλέπων πεπαίδευμ' εἰς τὰ τῶν ἄλλων κακά.
γράμματα μαθεῖν δεῖ καὶ μαθόντα, νοῦν ἔχειν.
διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα.
βακτηρία γάρ ἐστι παιδεία βίου.
κάλλιστόν ἐστι κτῆμα παιδεία βροτοῖς.
κἂν τοῖς ἀγροίκοις ἐστὶ παιδείας λόγος.
καλὸν δὲ καὶ γέροντι μανθάνειν σοφά.
τιμὴ πέφυκε πᾶσι παιδεία βροτοῖς.
ὁ γράμματ' εἰδὼς, καὶ περισσὸν νοῦν ἔχει.
ὁ σοφὸς ἐν αὐτῷ περιφέρει τὴν οὐσίαν.
ὁ μὴ δαρεὶς ἄνθρωπος, οὐ παιδεύεται.
ὁ γραμμάτων ἄπειρος, οὐ βλέπει βλέπων.
οὐκ ἔστι σοφίας κτῆμα τιμιώτερον.
σοφοῖς ὁμιλῶν, κ' αὐτὸς ἐκβήσῃ σοφός.
σοφία γάρ ἐστι καὶ μαθεῖν ὃ μὴ νοεῖς.
σοφῷ παρ' ἀνδρὶ πρῶτον εὑρέθη λόγος.
σοφὸς γὰρ οὐδεὶς ὃς τὰ πάντα προσκόπτει.
σοφία δὲ πλούτου κτῆμα τιμιώτερον.
σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς χρὴ σοφόν τι μανθάνειν.
σοφοὶ δὲ συγκρύπτουσιν οἰκείας βλάβας.
ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις, ἂν μὴ νοῦς παρῇ.

εἰς ὠχραίνεσιν.

ἅπαντές ἐσμεν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί.

Nos uerò errare non cognoscimus.

In paupertatem.

Paupertas ingratos multos facit.
Honestè pauperē esse præstat, quàm improbè ditescere.
Tenuiter honestè uiuere melius est, quàm lautè malè.
Odi pauperem diuiti dantem.
Paupertatem ferre non est cuiusuis, sed uiri sapientis.
Pauperes ociosos non alit ignauia.
Paupertas ignobilem, etiam nobilem facit.
Paupertatem ferre & senectutem, est difficile.
Nullum paupertate grauius est onus.
Pauperum rationes pondus non habent.

In fidem.

Ne omnia nitaris omnibus credere semper.

In auaritiam.

Mediocritatem sectare, auariciam fuge.
Malum maximum est in hominibus auiditas.

In opes.

Possunt diuitiæ humanos homines reddere.
Potentia sunt mortalibus opes.
Iucundißimum est opes tenere.
Memineris, cum fueris diues, pauperes iuuare.
Si habuerimus nummos, habebimus amicos.
Ne properes ditescere, ne citò pauper fias.
Diuitijs fretus, iniusta ne nitaris facere.
Si sis desidiosus, tu diues eris pauper.
Nullus diues euasit repentè, iustus cum esset.

Aurum

αὐτοὶ δ' ἁμαρτάνοντες, οὐ γιγνώσκομεν.

εἰς πενίαν.

πενία δ' ἀγνώμονάς γε τοὺς πολλοὺς ποιεῖ.
καλῶς πένεσθαι μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν κακῶς.
λεπτῶς καλῶς ζῆν κρεῖσσον, ἢ λαμπρῶς κακῶς.
μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον.
πενίαν φέρειν, οὐ παντὸς, ἀλλ' ἀνδρὸς σοφοῦ.
πένητας ἀργοὺς οὐ τρέφει ῥαθυμία.
πενία δ' ἄτιμον καὶ τὸν εὐγενῆ ποιεῖ.
πενίαν φέρειν, καὶ γῆρας ἐστι δύσκολον.
οὐδὲν πενίας βαρύτερόν ἐστι φορτίον.
τῶν γὰρ πενήτων εἰσὶν οἱ λόγοι κενοί.

εἰς πίστιν.

μὴ πάντα πειρῶ πᾶσι πιστεύειν ἀεί.

εἰς πλεονεξίαν.

ἰσότητα δ' αἱροῦ, πλεονεξίαν φύγε.
κακὸν μέγιστον ἐν βροτοῖς ἀπληστία.

εἰς πλοῦτον.

δύναται τὸ πλουτεῖν καὶ φιλανθρώπους ποιεῖν.
δύναμις πέφυκε τοῖς βροτοῖς τὰ χρήματα.
ἐὰν δ' ἔχωμεν χρήματ', ἕξομεν φίλους.
ἥδιστόν ἐστι τῶν ὑπαρχόντων κρατεῖν.
μέμνησο πλουτῶν τοὺς πένητας ὠφελεῖν.
μὴ σπεῦδε πλουτεῖν, μὴ πένης γένῃ ταχύ.
πλούτῳ πεποιθὼς ἄδικα μὴ πειρῶ ποιεῖν.
ῥάθυμος ὢν σὺ πλούσιος, πένης ἔσῃ.
οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως δίκαιος ὤν.

Aurum aperit omnia, uel Orci portas.

In curiositatem.

Curiose obseruare aliena ne uelis mala.
Multi ocium agunt in deterioribus rebus.
Multa facere, est ubiq; putidum.
Multa facere etiam dolores multos complectitur.

In improbos.

Vir improbus infœlix est, etiamsi fœlix sit.
Viri improbi fuge comitatum semper.
Res rationis expers est improbitas.
Res, quæ emendari non potest, est improbitas.
Viri improbi cor non emollitur.
Deformis sim potius, quàm pulcher malus.
Dolosum uirum fuge per totam uitam.
Se esse improbum nemo fatetur, etiamsi sit.
Mores improbi naturam distorquent.
Dei dedecus est improbos esse fortunatos.
Cum improbis consuetudinem si habeas, tu euades im-
Mali uiri munera utilitatem non afferunt. (probus.
Et uiuens malus, & mortuus punitur.
Cum improbo uiro nullo pacto iter facias.
Improbum uirum nunquam facias tibi amicum.
Corrumpunt bonos mores colloquia praua.
Aiunt pessimos esse improbi bonos.
Bonus improbis non uulneratur uerbis.
Quàm difficile est bene uiuere inter improbos mores.
Vt omnia commendantur, exceptis malis moribus.

In

χρυσὸς δ᾽ ἀνοίγει πάντα, καὶ ἅδου πύλας.
εἰς πολυπραγμοσύνην.
πολυπραγμονεῖν τ᾽ ἀλλότρια μὴ βούλου κακά.
πολλοὶ σχολὴν ἄγουσιν εἰς τὰ χείρονα.
τὰ πολλὰ πράττειν ἐστὶ πανταχοῦ σαπρόν.
τὰ πολλὰ πράττειν, καὶ δίνας πολλὰς ἔχει.
εἰς πονηρούς.
ἀνὴρ πονηρὸς δυστυχεῖ, κἂν εὐτυχῇ.
ἀνδρὸς πονηροῦ φεῦγε συνοδίαν ἀεί.
ἀσυλλόγιστόν ἐστιν ἡ πονηρία.
ἀνουθέτητόν ἐστιν ἡ πονηρία.
ἀνδρὸς πονηροῦ σπλάγχνον οὐ μαλάσσεται.
δύσμορφος ἐὼν μᾶλλον, ἢ καλὸς κακός.
τὸν δόλιον ἄνδρα φεῦγε παρ᾽ ὅλον τὸν βίον.
ἑαυτὸν οὐδεὶς ὁμολογεῖ κακοῦργος ὤν.
ἤθη πονηρὰ τὴν φύσιν διαστρέφει.
θεοῦ δ᾽ ὄνειδος, τοὺς κακοὺς εὐδαιμονεῖν.
κακοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσῃ κακός.
κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ᾽ ὄνησιν οὐκ ἔχει.
καὶ ζῶν ὁ φαῦλος καὶ θανὼν κολάζεται.
κακῷ σὺν ἀνδρὶ μηδ᾽ ὅλως ὁδοιπόρει.
πονηρὸν ἄνδρα μηδέποτε ποιοῦ φίλον.
φθείρουσιν ἤθη χρήσθ᾽ ὁμιλίαι κακαί.
φασὶν κάκιστοι οἱ πονηροὶ τοὺς καλούς.
χρηστὸς πονηροῖς οὐ τιτρώσκεται λόγοις.
ὡς ἔργον ἐν ζῆν ἐν πονηροῖς ἤθεσιν.
ὡς πάντα τιμῆς ἐστὶ, πλὴν κακοῦ τρόπου.
εἰς

In attentionem.

Nisi serues parua, perdes ampliora.
Diligentiæ omnia seruiunt.

In silentium.

Linguam maximè ubiq; nitere cohibere.
Linguam stultam damnum sequitur.
Paucis iracundum accusa.
Nonnullis silentium est melius quàm loqui.
Res contemptibilis taciturni mores.
Lingua multos in perniciem duxit.
Vel dic quidpiam silentio melius, uel silentium tene.
Multis responsio silentium est.
Lingua, multorum causa est malorum.
Vel tacendum est, uel meliora dicenda.
Melius est tacere, quàm loqui quæ non decet.
Nihil est silentio utilius.
Silentium aliquando potius sermone.
Non oportet tacere & loqui, ubi est necesse.

In conscientiam.

Mortalibus omnibus conscientia Deus est.

In artem.

Portus infœlicitatis est hominibus ars.
Fortuna artem inuenit, non ars fortunam.

In honorem.

Dum honore afficiuntur, omnes lætantur mortales.

In audaciam.

Te esse animi præstantem statue, non audacem.

εἰς προσοχήν.

εἰ μὴ φυλάσσεις μικρά, ἀπολεῖς τὰ μείζονα.
τῆς ἐπιμελείας πάντα δοῦλα γίγνεται.

εἰς σιωπήν.

γλώσσης μάλιστα πανταχοῦ πειρῶ κρατεῖν.
γλώσσῃ ματαίᾳ ζημία προσγίνεται.
διὰ δὲ σιωπῆς πικρότερον κατηγορεῖ.
ἐνίοις τὸ σιγᾶν ἐστὶ κρεῖττον τοῦ λέγειν.
εὐκαταφρόνητόν ἐστι σιγηρὸς τρόπος.
ἡ γλῶσσα πολλοὺς εἰς ὄλεθρον ἤγαγεν.
ἢ λέγε τὶ σιγῆς κρεῖττον, ἢ σιγὴν ἔχε.
πολλοῖς ἀπόκρισις ἡ σιωπὴ τυγχάνει.
ἡ γλῶσσα πολλῶν ἐστὶν αἰτία κακῶν.
ἢ δεῖ σιωπᾶν, ἢ λέγειν ἀμείνονα.
κρεῖττον σιωπᾶν, ἢ λαλεῖν ἃ μὴ πρέπει.
οὐδὲν σιωπῆς ἐστὶ χρησιμώτερον.
σιγὴ ποτ' ἐστὶν αἱρετωτέρα λόγου.
οὐ δεῖ σιωπᾶν, καὶ λαλεῖν, ὅπου χρεών.

εἰς συνείδησιν.

βροτοῖς ἅπασιν ἡ συνείδησις θεός.

εἰς τέχνην.

λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη.
τύχη τέχνην εὕρηκεν, οὐ τέχνη τύχην.

εἰς τιμήν.

τιμώμενοι γὰρ πάντες ἥδονται βροτοί.

εἰς τόλμαν.

εὔτολμος εἶναι κρῖνε, τολμηρὸς δὲ μή.

Est audere, ô amice, uiri non sapientis.
Temeritas multis est author malorum.
Multa temerè aggredi, in multis errare facit.

In fortunam.

Cum sis homo, memineris communis fortunæ.
Constans nihil in uita uidetur esse.
Vbi dederis fortunæ paruum, accipies magnum.
Quam non facilè adsequaris res est, fortuna.
Cum Deo pugnare graue est, & cum fortuna.
Alijs dat, alijs aufert fortuna.
Multos miseros erexit fortuna.
Omnibus sapientibus fauet fortuna.
Stertunt præsente fortuna res.
Versat omnia in uita parua fortuna.
Fortuna, mortalium res, non consilium moderatur.
Casus meliora quàm nos init consilia.
Mortalia omnia mutationes multas habent.
Tempestas transit facilè in serenitatem.
Quàm uaria res est & fallax fortuna.

In iniuriam.

Infœlix sis magis quàm maledicus.
Ensis sauciat corpus, mentem sermo.
Nihil passus es graue, nisi præ te feras.

In sanitatem.

Non est sanitate melius quicquam in uita.
Sanitas, & mens, bona uitæ duo sunt.

In superbiam.

Superbiæ nullus fugit pœnas.

ἐστι τὸ τολμᾷν, ὦ φίλ', ἀνδρὸς οὐ σοφοῦ.
προπέτεια πολλοῖς ἐστὶν αἰτία κακῶν.
τὸ πολλὰ τολμᾷν, πόλλ' ἁμαρτάνειν ποιεῖ.

εἰς τύχην.

ἄνθρωπος ὢν μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης.
βέβαιον οὐδὲν ἐν βίῳ δοκεῖ πέλειν.
δοὺς τῇ τύχῃ τὸ μικρὸν, ἐκλήψῃ μέγα.
δυσπαρακολούθητον δ' πρᾶγμ' ἐσθ' ἡ τύχη.
θεῷ μάχεσθαι δεινόν ἐστι, καὶ τύχῃ.
οἷς μὲν δίδωσιν, οἷς δ' ἀφαιρεῖται τύχη.
πολλοὺς κακῶς πράσσοντας ὤρθωσεν τύχη.
πᾶσιν γὰρ εὐφρονοῦσι συμμαχεῖ τύχη.
ῥέγχει παρούσης τῆς τύχης τὰ πράγματα.
τρέφει δ' πάντα τὰν βίῳ μικρὰ τύχη.
τύχης τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλίας.
ταὐτόματον ἡμῶν κάλλιω βουλεύεται.
τὰ θνητὰ πάντα μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.
χειμὼν μεταβάλλει ῥᾳδίως εἰς εὐδίαν.
ὡς ποικίλον πρᾶγμ' ἐστὶ καὶ πλάνον, τύχη.

εἰς ὕβριν.

δύσμοιρος ἴσθι μᾶλλον, ἢ κακηγόρος.
ξίφος τιτρώσκει σῶμα, τὸν δ' νοῦν λόγος.
οὐδὲν πέπονθας δεινὸν, ἂν μὴ προσποιῇ.

εἰς ὑγίειαν.

οὐκ ἔσθ' ὑγιείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ.
ὑγίεια καὶ νοῦς, ἐσθλὰ τῷ βίῳ δύο.

εἰς ὑπερηφανίαν.

ἀλαζονείας οὔτις ἐκφεύγει δίκην.

Cum fueris fœlix maximè, ne superbias.

In somnum.

Somnus mortis præmeditatio quædam est.
Somnus est omnibus sanitas uitæ.
Somnus, parua mortis mysteria.
Somnus est corporis salus.
Somnus famem, extremum malorum domat.

In tolerantiam.

Viri est, quæ accidunt, generosè ferre.
Fer mœrorem & iacturam fortiter.
Leuiter ferre oportet circunstantes fortunas.
Vince ratione præsentem calamitatem.
Nitere fortunæ ignorantiam facilè ferre.
Facilius est admonere, q̃ cũ quid tibi acciderit, tolerare.
Fortiter ferre incommodum oportet generosum.
Eorum qui rerum potiuntur, disce ferre licentiam.
Viri sapientis est damnum facilè ferre.
Ferre necesse est mortalem, fortunam.

In inuidiam.

Tu pauper effectus, diuitibus ne inuide.

In amicos.

Iniquum est molestia afficere amicos ultrò.
Omnibus fœlicibus lætor amicis.
Ab homine infortunato longè discedunt amici.
Constans sis, & constanter utere amicis.
Oportet amantes fidem, non uerba habere.
In rebus aduersis pecunia melior amicus est.

Pre-

ὅτ' εὐτυχεῖς μάλιστα, μὴ μέγα φρόνει.

εἰς ὕπνον.

ὕπνος δὲ θανάτου τίς προμελέτησις πέλει.
ὕπνος δὲ πᾶσίν ἐστιν ὑγεία βίου.
ὕπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια.
ὕπνος πέφυκε σώματος σωτηρία.
ὕπνος δὲ πείναν τὴν κακέσχατον δαμᾷ.

εἰς ὑπομονήν.

ἀνδρὸς τὰ προσπίπτοντα γενναίως φέρειν.
ἔνεγκε λύπην καὶ βλάβην ἐρρωμένως.
κούφως φέρειν δεῖ τὰς παρεστώσας τύχας.
νίκα λογισμῷ τὴν παροῦσαν συμφοράν.
πειρῶ τύχης ἄγνοιαν εὐχερῶς φέρειν.
ῥᾷον παραινεῖν, ἢ παθόντα καρτερεῖν.
στερρῶς φέρειν χρὴ συμφορὰν τὸν εὐγενῆ.
τὴν τῶν κρατούντων μάθε φέρειν ἐξουσίαν.
φρονοῦντός ἐστι ζημίαν ῥᾷον φέρειν.
φέρειν ἀνάγκη θνητὸν ὄντα τὴν τύχην.

εἰς φθόνον.

αὐτὸς πονωθεὶς, τοῖς ἔχουσι μὴ φθόνει.

εἰς φίλους.

ἄδικον τὸ λυπεῖν τοὺς φίλους ἑκουσίως.
ἅπασιν εὖ πράττουσιν ἥδομαι φίλοις.
ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι.
βέβαιος ἴσθι, καὶ βεβαίως χρῶ φίλοις.
δεῖ τοὺς φιλοῦντας πίστιν, οὐ λόγους ἔχειν.
ἐν τοῖς δὲ δεινοῖς, χρημάτων κρείττων φίλος.

Precare habere aliquid: & si habeas, habebis amicos.
In rebus aduersis amicos beneficijs affice.
Perinde ut Deum, tu amicos colere uelis.
Communes existima amicorum calamitates.
Arguit amicos tempus, ut aurum ignis.
Pulchrum nihil in amicos peccare.
Pulchrum spectaculum est fœlix amicus.
Malum proferunt fructum mali amici.
Eum qui te odit, odi: qui amat, uehementer ama.
Nimis te amans, non habebis amicum.
Ne fuge socium in malis constitutum.
Fœlix, quisquis nactus est generosum amicum.
Nunquam contendas duorum amicorum esse iudex.
Existima fratres, ueros amicos.
Nemo est qui non se amet.
Iræ causa arcana ne uulgaueris amici.
Nulla est possessio preciosior amico.
Nitere amicis non malus esse amicus.
Multi mensæ, non ueritatis amici.
Pecuniæ hominibus conciliant amicos.
Amicum propter iram in rebus aduersis ne negligas.
Amicus enim amicum adiuuans, sibi laborat.
Amici mores nosce, non autem oderis.
Amicus mihi incommodans, nihil ab inimico differt.
Amicos habens, existima thesauros habere.
Nemo seipso plus amat quenquam.
Amicitiæ iustæ possessio est tutissima.

Ami-

εὔχου δ' ἔχειν τι· κἂν ἔχῃς, ἕξεις φίλους.
ἐν τοῖς κακοῖς γὰρ τοὺς φίλους εὐεργέτει.
ἴσον θεῷ σου τοὺς φίλους τιμᾶν θέλε.
ἰδίας νόμιζε τῶν φίλων τὰς συμφοράς.
κρίνει φίλους ὁ καιρὸς, ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ.
καλὸν τὸ μηδὲν εἰς φίλους ἁμαρτάνειν.
καλὸν θέαμα δ' ἐστὶν, εὖ πράττων φίλος.
κακὸν φέρουσι καρπὸν οἱ κακοὶ φίλοι.
μισοῦντα μίσει, καὶ φιλοῦνθ' ὑπερφίλει.
λίαν φιλῶν σεαυτὸν, οὐχ ἕξεις φίλον.
μὴ φεῦγ' ἑταῖρον ἐν κακοῖσι κείμενον.
μακάριος ὅστις ἔτυχε γενναίου φίλου.
μηδέποτε πειρῶ δύο φίλων εἶναι κριτής.
νόμιζ' ἀδελφοὺς τοὺς ἀληθινοὺς φίλους.
οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, ὅστις οὐχ αὑτὸν φιλεῖ.
ὀργῆς χάριν τὰ κρυπτὰ μὴ ἐκφαίνῃς φίλου.
οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα κάλλιον φίλου.
πειρῶ φίλοισι μὴ κακός γ' εἶναι φίλος.
πολλοὶ τραπέζης, οὐκ ἀληθείας φίλοι.
τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους.
φίλον δι' ὀργὴν ἐν κακοῖς μὴ παρίδῃς.
φίλος φίλῳ γὰρ συμπονῶν αὑτῷ πονεῖ.
φίλου τρόπους γίνωσκε, μισήσῃς δὲ μή.
φίλος με βλάπτων, οὐδὲν ἐχθροῦ διαφέρει.
φίλους ἔχων, νόμιζε θησαυροὺς ἔχειν.
φιλεῖ δ' ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα.
φιλίας δικαίας κτῆσις ἀσφαλεστάτη.

Amicum constantem in aduersis ne metuas.

In industriam.

Re ipsa gnauus sis, non uerbis solùm.
Multis laboribus quæ pulchra sunt comparamus.
Laborare necesse est eos qui uolunt esse fœlices.
Industrius sis, & uitam comparabis honestam.
Quàm suaue est doctis meminisse laborum.
Quàm multa mortalibus ocium affert mala.
Ipsa te docent uitæ negotia.

In prudentiam.

Bonum maximum prudentia est semper.
Viri forma ex oratione cognoscitur.
Optimum est, omnia nosse honesta.
Si rectè sentias, in omnibus fœlix eris.
Semper potißimum est, quod est tutißimum.
Nonnulli sunt inconsulti fœlices.
Peritia imperitiam superat.
Res suauis pater, prudentiam loco iræ habens.
Suauißimum est, diuitem prudentem esse.
Odi sapientem, quicunq; sibi non est sapiens.
Mente aliquid agitare est potius, quàm quiescere.
Si sis prudens, fuge improbitatem.
Præceps prudentia odium generat.
Nemo quod intelligis nouit, quod facis uidet.
Non ubiq; prudens conuenire uidetur.
Illud, Nihil temerè, ubiq; est utile.
Animi magnum frenum est hominibus mens.

φίλον βέβαιον ἐν κακοῖσι μὴ φοβοῦ.

εἰς φιλοπονίαν.

ἔργοις φιλόπονος ἴσθι, μὴ λόγοις μόνον.
ἐν μυρίοις τὰ καλὰ γίγνεται πόνοις.
μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.
φιλόπονος ἴσθι, καὶ βίον κτήσῃ καλόν.
ὡς ἡδὺ τοῖς σοφοῖσι μεμνῆσθαι πόνων.
ὡς πολλὰ θνητοῖς ἡ σχολὴ ποιεῖ κακά.
αὐτά σε διδάσκει τοῦ βίου τὰ πράγματα.

εἰς φρόνησιν.

ἀγαθὸν μέγιστον ἡ φρόνησίς ἐστ' ἀεί.
ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.
ἄριστόν ἐστι πάντ' ἐπίστασθαι καλά.
ἂν οὖν φρονῇς, τὰ πάντα γ' εὐδαίμων ἔσῃ.
ἀεὶ κράτιστόν ἐστι τ' ἀσφαλέστατον.
ἔνιοι κακῶς φρονοῦσι πράσσοντες καλῶς.
ἐμπειρία γὰρ τῆς ἀπειρίας κρατεῖ.
ἡδύ γε πατὴρ φρόνησιν ἀντ' ὀργῆς ἔχων.
ἥδιστόν ἐστιν εὐτυχοῦντα, νοῦν ἔχειν.
μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.
νοεῖν γάρ ἐστι κρεῖττον, ἢ σιγὴν ἔχειν.
συνετὸς πεφυκὼς φεῦγε τὴν κακουργίαν.
ὁ παρ' ἡλικίαν νοῦς, μῖσος ἐξεργάζεται.
οὐδεὶς ὃ νοεῖς μὲν οἶδεν, ὃ δὲ ποιεῖς βλέπει.
οὐ πανταχῇ δ' ὁ φρόνιμος ἁρμόττειν δοκεῖ.
τὸ, μηδὲν εἰκῇ, πανταχοῦ ἐστι χρήσιμον.
ψυχῆς μέγας χαλινὸς ἀνθρώποις ὁ νοῦς.

Quàm nihil est eruditio, nisi mens adsit.

In naturam.

Quæ dedit omnia, etiam recipit, natura.
Natura cuiusq; generis est patria.
Natura omnes doctrinas superat.
Naturam prauam mutare non est facile.

In tempus.

Profert in lucem ueritatem tempus.
Longa ætas calamitates multas habet.
Omnia retegens tempus in lucem fert,
Consiliarius nemo est melior quàm tempus;
Tempore omnia fiunt, & iudicantur.
Tempus iustum uirum arguit solum.
Tempus euertit omnia, & obliuionem inducit.

In mutuum.

Postquam accepisti redde ô homo, & accipies rursum.
Vsuræ seruos liberos faciunt.

In mendacium.

Mentiens nemo celat alios multo tempore.
Mendacij calumnia uitam labefactat.
Mendacium odit, quisquis sapiens est, & probus.

In uituperium.

Mores iustos mala non attingit oratio.
Opprimit semper calumnia meliora.
Eundem laudare & uituperare, hominis est improbi,

In animum.

Animum exerce in bonis operibus.

FINIS.

ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις, ἢν μὴ νοῦς παρῇ.

εἰς φύσιν.

ἡ δοῦσα πάντα, καὶ κομίζεται φύσις.
ἡ φύσις ἑκάστου γὰρ γένους ἐστὶν πατρίς.
ἡ φύσις ἁπάντων τῶν διδαγμάτων κρατεῖ.
φύσιν πονηρὰν μεταβαλεῖν οὐ ῥᾴδιον.

εἰς χρόνον.

ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος.
μακρὸς γὰρ αἰὼν συμφορὰς πολλὰς ἔχει.
πάντ' ἀνακαλύπτων ὁ χρόνος πρὸς φῶς φέρει.
σύμβουλος οὐδείς ἐστι βελτίων χρόνου.
χρόνῳ τὰ πάντα γίγνεται καὶ κρίνεται.
χρόνον δίκαιον ἄνδρα δεικνύει μόνος.
χρόνος δ' ἀναιρεῖ πάντα, καὶ λήθην ἄγει.

εἰς χρέος.

λαβὼν ἀπόδος ἄνθρωπε, καὶ λήψῃ πάλιν.
τὰ δανεῖα δούλους τοὺς ἐλευθέρους ποιεῖ.

εἰς ψεῦδος.

ψευδόμενος οὐδεὶς λανθάνει πολὺν χρόνον.
ψεῦδος διαβολὴ τὸν βίον λυμαίνεται.
ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς σοφὸς, καὶ χρήσιμος.

εἰς ψόγον.

ἤθους δικαίου φαῦλος οὐ ψαύει λόγος.
νικᾷ γὰρ αἰεὶ διαβολὴ τὰ κρείττονα.
τὸν αὐτὸν αἰνεῖν καὶ ψέγειν, ἀνδρὸς κακοῦ.

εἰς ψυχήν.

ψυχὴν ἔθιζε πρὸς τὰ χρηστὰ πράγματα.

ΤΕΛΟΣ.

THEOGNIDIS MEGARENSIS SENTENTIÆ, Iacobo Schegkio interprete.



Rex Phœbe, Iouis Latonæq; inclyta proles,
Primo et postremo cōmemorāde loco:
Te primū, mediū, postremū carmine po-
Exaudi, & clemens ad mea uota ueni. (nam,
Te genitum, roseis mater quum ferret in ulnis,
Phœnicem ad gelidum, ad stagna rotunda, deum,
Visus es esse deos inter pulcherrimus omnes,
Delus & ambrosio plena ab odore fuit.
Immensæ risere quidem tum pondera terræ,
Gaudia cœrulei magna fuere maris,
Et quæ horrendarum disquiris lustra ferarum
Atridæ ad Troiam cognita diua potens:
Te precor in melius referas mea fata tuendo,
Quo tibi promptius, at nil mihi maius erit.
Vos Charites, Musæ, proles Iouis inclyta, Cadmo
Qualis erat quondam, quem cecinistis, hymen?
Omne bonum optandū, & quæ nō bona sint, fugienda:
Hæc sunt à uobis tum celebrata Deæ.
Dicenti mihi uera aderis suauißime Cyrne,
Nomine & obsigna ut sint bene tuta tuo.
Nemo malum uitat, cum sint bona multa: sed omnis,

Scripta Theognidis hæc sunt Megarensis, ait.
Qui paßim bene notus eram fortaßse ego cunctis:
Ciuibus at nequeo Cyrne placere meis.
Nec mirum, Polypæda: haud cunctis rector Olympi,
Siue pluat, seu non, Iuppiter ipse placet.
Consilium ergo meum referam, ne spreueris illud,
Quod puerum à senibus me didicisse iuuat.
Nec famam, nec opes ex rebus quære inhonestis,
Virtutémue putes turpia lucra sequi.
Prauorum uites consortia, iungere sanctis
Cœtibus, hæc memori condita mente tene:
Perpetuo tibi conuictu iungantur honesti:
Principibus placeas semper ubiq; uiris.
Nanq; bono à cœtu condisces plurima, prauus
Eripit & quod habet mens tua consilij.
Cyrne, hæc addiscens, frugi coniungere amicis,
Consuluisse tibi me bene sæpe feres.
Vrbs hæc Cyrne diu malè parturit. at timor angit,
Nequitiæ ultorem ut sit genitura uirum.
Ciuibus est mens recta domi, dementia cepit
Primates, certum in mox ruitura nefas.
Nempe boni nullis subuertunt cladibus urbem,
Si qua ruit: scelus est, unde ruina uenit.
Deprauant uulgus sua propter lucra & honores,
Qui ius distribuunt, muneribusq; fidem.
Quamuis multa tenet pax mœnia nostra, quietem
Non duraturam cernere & ipse potes:

Cum mala lucra uiris placeant, quibus improbius nil,
Publico & eueniant talia lucra malo.
Dißidium, cædes, bella intestina mouentur,
Vnius nec princeps ciuibus inde placet.
Antiqua est urbs ista quidem, ac plebs altera nata,
Quæ leges, iusti nec didicere modum.
Hac habitant, cerui ut qui quondam in agris latuerunt,
Pelliti capreis, rustica corda homines.
Quiq; malus fuerat (quisnam ferat?) esse putatur
Non malus: & rursum qui probus, esse malus.
Alternis certant ridentes, fraude, dolisq;,
Virtutem esse inter nil uitiumq; putant.
Ex animo talem nullum complectere ciuem,
Vtilitas quamuis nascitur inde tibi.
Verbis, non animo, cura ut uidearis amicus,
Seria cumq; illis contrahe nulla tamen.
Nam citò fallaces animos res detegit ipsa,
Qua uerbis nullum pondus inesse scies.
Tendiculas nectunt, fraudesq; dolosq; sequuntur?
Non posset tales ipsa beare Salus.
Prauorum consulta hominum euitare memento,
Ardua si fuerit res obeunda tibi.
Longa tibi quamuis uia sit, qua accedere poßis,
Ne mora sit doctum consuluisse uirum.
Præcipuum quodcunq; leues celabis amicos:
Namq; fidem frangit maxima turba datam.
Ardua consilio paucorum suscipe Cyrne,

Incurabilis hinc ne dolor eueniat.
Nempe fidem seruans, auro est preciosior omni,
Cyrne, ad discordes si uenit ille uiros.
Sunt pauci queis danda fides: sors tristior illos
Declarat, seruent quàm malè amicitiam.
Ex æquo tristes casus tecum ferat, atq;
Qui similem læta sorte animum exhibeat,
Tales orbis habet nusquam, paucíq; uidentur:
Namq; leues socios non ratis una uehit.
Lingua quibus sit, frońsq; pudoris plena decentis,
Quàm pauci? & lucro qui posuere modum.
Non uerbis adames, odia intrà cæca recondens:
Si uerbis, animi sit quoq; certus amor.
Syncero uel ames animo, uel sis inimicus
Certus, sintq; odij signa adaperta tui.
Vna cui lingua est, animi sententia duplex,
Fictus amor lædit quolibet hoste magis.
Laudat in os qui te, sed in absentem probra dicit,
Ac lingua famam uulnerat inde tuam;
Talis erit fidus nulli, nullíq; probandus,
Dißidet à sensu cui sua lingua dolis.
Atq; utinam talis mihi sit, qui ignoscere poßit
Irato, & mores qui ferat usq; meos.
Nam pro fratre erit ille mihi: memor esto meorum
Dictorum, obserua hæc cum procul absuero.
Vt uanos adamem, nemo est suasurus, amicos,
Cyrne: malus cum sit, commoda nulla dabit:

In re difficili miserum non seruat amicum:
Cum bona sunt, fruitur solus & ipse bonis:
Non aliter, quàm qui pelago sua semina mandat,
Fecerit, infidis qui sua dat socijs:
Omne perit, quodcunq; tulit de semine pontus:
Ingratis quidquid sic datur, omne perit.
Nil satis est prauo: quadam peccaueris in re,
Muneris effusa est gratia tota tui:
Sed contrà memori quidquid donatur amico,
Gratia ab exiguo munere magna uenit.
Fallaces fuge Cyrne uiros, ut nauita portus
Incertos metuens, abstinet atq; fugit.
Quos non speraras, iungit tibi mensa sodales:
Sed pietas socijs, non bona uina carent.
Quid, quòd difficile est fictos cognoscere amicos?
Nulla magis prodest cautio, nulla fuga.
Fallax est argenti atq; auri forma coloris,
Hunc tamen experiens cote notare solet:
At cum sub facili lateant mala pectora uultu,
Et condat uarios fronte nitente dolos,
Hoc solum cunctis statuit mortalibus esse
Iuppiter ignotum, sensáq; cæca tegi.
Non hominum occultos poteris cognoscere mores,
Ni experiare prius, frena solent ut equos.
Hora tibi poterit non una ostendere mentem,
Virtutis specie decipiare caue.
Non uires opta, aut numerosos æris aceruos,

For-

Fortunam at supplex sæpe precare bonam.
Charius in terris nihil est, superátue parentes,
Qui probitate graues, iusticiaq; uigent.
Fortunæ auctorem nullus se dixerit unquam:
Iuppiter est qui dat, quiq; carere sinit.
Non est qui poßit fines imponere rebus,
Quicquid agens cœpit, seu bona, seu mala sint.
In dubio euentus non fausto fine quieuit,
Qui bene cœpit: at is qui malè, sæpe bono.
Quolibet haud potiere bono: si fata resistant,
Quæ nos impediunt finibus ambiguis.
Vana homines ratio circumfert undiq;, Cyrne:
Eueniunt, superis quæ placuere deis.
Hospitibus qui iura negat, spernitúe clientem,
Effugere iratos haud queat ille deos.
Esse magis cupias pauper, cultorq; deorum,
Quàm iniustas diues spargere largus opes.
Iusticia in sese uirtutem continet omnem:
Haud bonus ullus, quin sit quoq; iustus, homo.
Diuitias persæpe malis, sortemq; secundam,
Sed mentem paucis dij tribuere bonam.
Exitio certo prior est iniuria pestis,
Immissa à superis, quos perijsse uolunt.
E' luxu primùm nata est iniuria uecors,
Quam infert propter opes stultus inersq; suas.
Paupertatem humilem nulli exprobrare memento,
Nam malè nummatum spernere turpe uirum.

Inclinat libram nunc huc,modò Iuppiter illuc:
Pauper erit subitò,qui modò diues erat.
Non tibi uentosæ quæratur gloria linguæ:
Nescis sit tibi nox,quidúe datura dies.
Sæpe Deus timidè quæ sunt incœpta secundat:
Quodq; malum credas,uertitur in melius.
Cœptaq; prudenter casu Deus egit acerbo,
Nec sua consilium lucra secuta bonum.
Nemo hominum felix,miser aut,sine numine diuûm:
Non uitium,aut uirtus,ni Deus annuerit.
Sors sua cuiq; mala,ex omni nulli esse beato
Parte licet,Phœbus quotquot ab axe uidet.
Dijs gratum liuor commendat & ipse malignus,
Non hominum id studijs at tenuisse queas.
Orabis superos,solis quibus alta potestas:
Eueniunt nobis,quæ placuere Deo.
Febribus & senio magis est crudelis egestas,
Frugi homini,uexat quem mala pauperies.
Per mare pauperiem fugias,per saxa,per ignes,
Est semper uarijs hæc fugienda modis.
Paupertas animum & linguam ceu compede stringit,
Nullaq; sunt dicta aut libera facta inopis.
Aßiduo & terræ & pelagi fugienda labore est
Paupertas,duro quæ premit arcta iugo.
Leto sæua magis paupertas Cyrne putanda est,
Atq; inopi mors est ipsa petenda magis.
Pro fœtura qui in uenerem pecuaria mittunt,

Illis est generis maxima cura boni.
Progeniem maculat uitiosa coniuge ducta
Vir bonus, & socerum dos bene magna probat.
Iamq; malo nulla est quæ nubere uirgo recuset,
Virtute & fiunt undiq; pluris opes.
Hinc honor est magnis opibus, commiscuit omnem id
Progeniem, uitijs inquinat omne genus.
Non mirum infectis spurcari moribus urbem:
Commiscentur enim pessima quæq; bonis,
Propter opes, patriæ labes incognita quondam,
Scilicet imparibus cum coiere iugis.
Coniugio sibi nam fortis coniungit inertem:
Sed tales animos fata parare solent.
Diuitiæ, quas dij iustis tribuere benigni,
Certa sorte manent, nec metuêre rapi:
Non hominum quas corrasit uesana cupido,
Et quas periuro colligit ore malus:
Quæ subitò dederit sors illis, mox eadem aufert:
Rerum sunt superis quæ placuere uices.
Sed nos decipimur, commissa piacula quòd non
Præsens pœna deûm protinus assequitur.
Fœnus sæpe luit uiuus, soluitq; superstes:
Posteritas pœnas sæpe dat ipsa graues.
Subduxit pœnæ quosdam mors, quum prius illi
Plectendi à superis, quàm morerentur, erant.
Est miserum, quòd sit fugienti nullus amicus,
Pollicitus comitem sit licet ipse fugæ.

Vina nocent auido quæcunq; ingesseris haustu:
Inq; uicem prosunt, si moderata bibas.
Quo poßis sæpe in uarios te uertere mores,
Finge animum, ut socijs te similem exhibeas.
Callidus & uersutus sis animo, ut polypus, qui
Se quibus adiunxit, saxa colore refert.
Nunc huc, nunc aliò te apto transferto colore:
Haud segnes motus mens generosa capit.
Iratus nolis furibundos perdere ciues,
In medio semper tramite tutus eas.
At uanos alijs quicunq; adscribere mores
Audet, seq; unum plurima scire putat,
Desipit hic, multoq; sui fraudatur amore:
Quippe homini est uarijs callida mens genijs.
Simplicior tectas metuit confingere fraudes:
Nil sine fraude placet, pluribus atq; dolis.
Diuitijs nullo quærendis fine quiescunt
Mortales, sit opum copia magna licet.
Partaq; conduplicant, magnis maiora petuntur:
Demens diuitijs sensus inesse solet.
Sed cupidis nocet hæc dementia: Iuppiter olim
Quæ dedit, eripiens, mox dat habere alijs.
Mœnia defendunt uanos bene condita ciues:
Censetur paruo at dignus honore bonus.
Exemit si nos patriæ fortuna periclis,
Vltrices laus est continuisse manus.
Fugimus incolumes ex urbe breui ruitura,

Non

Non tamen à nobis mœnia sacra ruant.
Quòd terra pelagoq; feret te fama superstes,
Has tibi me plumas contribuisse puta:
Quodq; hilaris canit,& nomen conuiua frequentat,
Victura & quòd te gloria Cyrne manet:
Te iuuenes dulci laudabunt carmine,quando
Concinnos dederit tibia grata modos.
Et densis Erebo te circundante tenebris,
Est ubi perpetua nocte sepulta domus:
Cunctis æterno semper celebrabere honore,
Extollent nomen secla futura tuum.
Circumquaq; feret magna te Græcia laude,
Laudis eritq; expers insula nulla tuæ.
Carmina te magnum facient:non fama uolucres
Quærit equos,Musæ tollere ad astra queunt.
Musis posteritas solita est meminisse priorum,
Terra & sol pereant,quàm tua facta,prius.
Mens ingrata tamen,nulla est reuerentia dono,
Ceu puerum uerbis me capere usq; paras.
Iusticia est pulchra,est sanum bona res quoq; corpus,
Et cupido tibi quæ sors bona contulerit.
Impigra equa & pugnax cum sim,nil tristius angit,
Vir tergo quàm quòd considet ille malus.
Sæpe illum excusso uolui consternere fræno,
Abijcere & durum quo premor usq; iugum.
Non ego uina bibo,teneræ quæ sæpe puellæ
Exhibet,& multo me tamen inferior.

t Hac

Hac gelidos potant latices mecum urbe parentes,
Quà secum ad fontem me, mea mater agit.
Complexu natæ dulci chara oscula libo,
Inde tener patulo uenit ab ore sonus.
Pauper erit, quamuis procul est tamen, undiq; notus,
Huic fora clauduntur, nec datur ullus honos.
Paupertas uilis, multarumq; indiga rerum
Inuisa est omni, quo uenit ipsa, loco.
Cœlestes nobis tribuerunt aspera multa,
In quibus & senio læta iuuenta perit.
Asperior tamen his paupertas est, senioq;
Tristior, & morbis, morteq; sæua magis.
Natorum te cura agitet, moueatq; tuorum,
Semper inexhaustas congere diuitias.
Oderuntq; perinde in paupertate parentes,
Atq; illum in populo qui rogat erro stipem.
Quid mirum, uiolat malus omnia si quis iniquo
Iure, deam Nemesin non bene respiciens?
Ignauo facilè eripies, quocunq; sequaris,
Si quo te deceat progrediare modo.
Hoc pede progressus, iurato haud credito ciui,
Neu pacto credas semper inesse fidem.
Atq; Iouem quamuis testantia uerba loquatur,
Hisq; putet certam se exhibuisse fidem:
Vrbe quidem hac nihil est, placeat quod ciuibus ullis,
Rectum, quam incolumem sæpe fuisse nocet.
Quæ damnosa bonis, peruersis legibus hæc sunt,
Commoda

Commoda certa malis, quas posuere sibi.
Omnis in immenso perijt pudor orbe sepultus:
Iura tacent, quid non tetra libido mouet?
Non cruda rabidus semper leo carne potitur,
Imbelli cessit uis quoq; magna dolo.
Garrulus at nescit seruare silentia rebus,
Linguaq; profudit sæpe tacenda loquax.
Sponte sua nemo hunc conuiuam adiungit, in omni
Quippe loquax cœtu se ingerit improbius.
Fidus amicus erit, donec fortuna secunda est:
Mox fugiet, frater sit licet ille tuus.
Exhibeas modò te facilem, modò torua tuentem
Omnis te fortem sentiat esse uirum.
Ne mutes uitam recta ratione paratam:
Vt melior fias, uita mouenda tua est.
Non nasci prauos primùm contingit, at ipse
Conuictus mores inquinat improbior.
Dictaq; factaq; decipiunt: dum credimus omne
Verum, horum falso quicquid ab ore fluit.
Sis conuiua catus, tanquam uidearis ut absens,
Sic præsens tacito condere cuncta sinu.
Extra ædes patiens falsis uexabere dictis:
Cognoris mores ingeniumq; hominum:
Inter & insanos simulata insania nobis,
Iusticiæ iustos inter amator ero.
Sæpe bonis aduersa, malis fortuna secunda est,
Virtus non precio est æquiparanda tamen.

Perpetua est uirtus possessio, non ut opes, quas
 Nunc huic, nunc alij sors leuis eripuit.
Vna eademq; pijs animi sententia constat,
 Et casus æqua fert quoq; mente bonus.
Diuitis hi mores, si quem fortuna beauit,
 Insipiens uitam non regere arte uolet.
Culpa leuis si fortè, bono ignoscenda sodali,
 Criminibus sæpe est non adhibenda fides.
Solus eris, crimen si nunquam ignoscis amico,
 Te fugient mores qui timuere tuos.
Criminibus, dum uita manet, uitijsq; premuntur
 Mortales, punit quos tamen ipse Deus.
Consilijs celerem tardus persæpe fatigat,
 Iusticiæ non sunt hæc aliena deûm.
Tu medio, ceu nos, ingressus tramite uiuas,
 Singula cuiq; suo dans adimensq; modo.
Tu fugientem aliquem, spe fretus amare recusas:
 Namq; domum remeans haud erit ille bonus.
Festinare caue nimium, mediocria tantùm
 Sunt bona, uirtutem est difficile inde sequi.
Vindicta ut ualeam nostris succurrere amicis,
 Iuppiter, atq; hostes da superare meos.
Sic magnus cunctis uidear, tanquam deus inter
 Mortales, uindex si fuero ante obitum.
Qui summo resides, quæso hoc mihi confer, Olympo,
 Vt pro damnosis commoda grata feram.
Si quæ aduersa premant semper, spes nulla supersit
 Fausto-

Faustorum, extingui morte bonum magis est.
Nam sic fata ferunt, sed nobis ultio non est
Certa uirûm, per uim qui mea diripiunt.
Dum spoliant, canis instar ego at per flumina trano,
Perniciem euadens: cuncta relicta mihi.
Illorum ô si fortè queam potare cruorem,
Quod facilis dæmon annuat, & faciat.
Paupertas ô dura alios cum fortè relinquas,
At me nolentem semper amare cupis.
Nunc alias accede domos, nec semper iniquo
Ac misero uictu mecum habites, rogito.
Aduersis uincare caue: nam, Cyrne, uicißim
Prospera fortunæ fata fuere tuæ.
Rebus ceu cum aduersa superuenere secundis,
Illa precare deos rursus ut effugias.
Non miserum cunctis te ostendas: tristia nanq;
Non lachrymas alijs fata mouere solent.
Exhaurit uires patientia longa malorum,
Vindicta at rursus pectora læta facit.
Sæpe inimicum etiam blando sermone salutes,
Tempore uindictam sentiat ille suo.
Sensus pectore conde tuos, non aspera uerba
Profer: nam præceps mens malè sana ruit.
Ciuibus ignoro quæ sit sententia nostris,
Damnant si facio seu bene seu malè quid.
Me pariter nequam mordent, frugiq; boniq;:
Insipiens similis mi nequit esse tamen.

Sub iuga me inuitum stimulans ne quæso fatiges,
Impenséue trahas nos in amicitiam.
Te magne altitonans miror, cunctis quia solus
Imperitas, tua uis gloriaq; exuperant.
Quæ mens, qui cunctis animus, tu perspicis, atq;
Maiestas uincit maxima quæq; tua.
Et mirum cunctis tua quòd malè certa uoluntas,
Aequat sorte bonos, aßimilatq; malis.
Seu prudens fuerit, seu turpia lucra sequatur,
Pro quæstu & falsos nectat ubiq; dolos.
Non equidem diuûm mens est mortalibus ægris
Cognita, quæúe illis sit placitura uia.
Fortuna est multis nullo quæsita labore, at
Mens nescit partis rebus auara frui.
Iusticiæ prolem comitatur mater egestas,
Ansam suppeditat pluribus illa mali.
Impedit hæc animi celeres durißima motus,
Sufferet & nolens quæ decuere minus,
Quæsito dum opus est: postquam aucta pecunia creuit,
Exuperant fraudes, iurgia, lingua procax.
Quæ simul ut nolens discit, putat esse malum nil
Cum lucro, quo mox præcipitante ruit.
Nequam sunt inopes multi, frugi est quoq; pauper,
Qui cum diuitijs incipit esse malus.
Creuerunt ut opes, animo meditatur iniqua,
Nec sapiunt recto pectore semper idem.
Nec ratio aduersis prauo est, rebúsue secundis:

Vir bonus hæc ambo sustinuisse potest.
Perfidiam fuge pestiferam, uenerabere amicos:
Offensi nunquam te premat ira Dei.
Festinare caue: res est occasio magna,
Seu quæras lucrum, seu bene tu quid agas.
Sollicitus cum quærit opes, atq; incubat illis,
Aspera fortuna has uertit in exitium:
Perniciosa illis facit idem sæpe uideri
Vtilia: & quæ sunt optima, sæpe mala.
Culpa tua est: huius nec amicum dixeris esse
Auctorem, cum te mens tua compulerit.
Nempe pudore tuis natis uix linquere poßis
Quid melius, sanctis est comes ille uiris.
Ni uideare comes facti quod turpiter audet,
Qui uafer & magnis uiribus exuperat,
Non subigunt animos, aut uincunt pocula, quæ me
Cogant de fama detrahere usq; tua.
Aequalem (uerum fatear) mihi quæro sodalem:
At non est, mores cui sine fraude placent.
Aurum ceu plumbo tentant, sic tentor ab illis:
Vt præstare alijs, est mihi cura, queam.
At prudens contemnor ego, inde tacere necesse est,
Exiguas uires me reputante meas.
Concinnis foribus linguam quis quæso coercet:
Est qui se curis angat inutilibus.
Tristia sæpe domi prodest inclusa tenere,
Rectius inq; bonis ianua aperta patet.

Non nasci melius semper mortalibus ægris,
Et solem quid'nam profuit inspicere?
Protinus aut natum ad manes properare repostos,
Et tumulo corpus mox sine fine tegi.
Et nasci facile est, & uictum acquirere natis:
Qui doceat bona, uix unus & alter erit.
Moribus ut niteat, quem torquet inertia pulchris,
Fors Asclepiadi aut si deus ipse daret,
Improba qui mentis uitia expurgare medendo
Arte sua posset, quàm rogo diues erit?
Si nasci uirtus sine more, ut corpora, posset,
Patre bono nunquam filius esset iners.
Qui rectis paret monitis, sapit: improba porrò
Pectora qui doceat, nil tamen efficiat,
Quicunq; obseruat quid agam, quàm desipit ille,
Nec mentem curat qua colat arte suam.
Nemo beatus erit semper, patienter acerba
Frugi homines, tacito ac sustinuere sinu.
Improbus aduersis rebus, iuxtaq; secundis
Turbatur, leuis ac non sibi constat homo.
Qualia dij dederint, sunt æqua mente ferenda,
Munera, quæ uarijs distribuêre modis.
Si puro cupias nostro de uertice sordes
Eluere, ex illo purior unda fluet:
Quicquid agam, fuero excocto syncerior auro,
Quod probat exacta cote perita manus.
Nanq; situ nullo, nullaq; ærugine fœdum
Con-

Conſpicitur:proprio quippe colore nitet.
Si tibi,quanta fuit dementia,tanta fuiſſet
Virtus,tamq; catus,quàm ſtupidus fueras:
Tantum inter ciues ſuperaſſes laude perenni,
Quantum nunc precij nullius eſſe putant.
Fœmina nulla uiro iuuenis cano bene concors,
Remigio ratis ut,qui potis illa regi?
Anchora nulla tenet ſtabilem:ſed uincula rumpens,
Noctu alium portum fœmina ſtulta petit.
Ne cupias quæ ſine carent:horrebis auaras
Diuitias:diues ſemper habere cupit.
Nec prodeſt,nec obeſt,quam dij faciles tribuerunt,
Res ea:ſed pariet,culta labore,decus.
Virtutes adama, ſis ſeruantiſsimus æqui,
Ne cupias lucrum turpia facta ſequens.
Inuitus non detineatur in ædibus hoſpes:
Hunc,qui ſponte monet,uis quoq; nulla premat.
Qui Baccho plenus declinat lumina ſomno,
Nempe Simonide huic contribuenda quies.
Aut qui non dormit,cogens ne præcipe ſomnum:
Eſt durum quicquid uis aliena parat.
Confeſtim infundas bibituro uina falerna:
Suauiter haud quauis uiuere nocte potes:
At modus in uino non diſplicet:optima ſomni
Tempora,quum ſatur hinc limina noſtra peto.
Nobis uina ſitim ſunt extinguentia grata:
Nec multum abſtineo,nec grauat ebrietas.

Immodico cuicunq; mero præcordia feruent,
Haud linguam & mentem continet ille suam.
Turpia quæ loquitur, recidunt sine pondere uerba,
Ebrius ac nullo cuncta pudore facit:
Quæ sobrius non diceret, hæc effert bene potus:
Si sapis, à nimio disce cauere mero.
Surge priusquam te uincat temulentia, uentrem
Effrene ut semper corripe mancipium:
Aut quando affueris, cyathum non ebibe frustra,
Sed simules capiti uina subesse tuo.
Mittunt sæpe tibi philotesia, deinde perurgent:
Altera dijs partem, pars tibi certa manet.
Turpe negare putas: atqui inuictißimus ille est,
Effutit qui nil ebrius ore suo.
Vos etiam tractare mero uerbosius æquo
Res consueuistis, sed sine lite tamen.
In medium nullo ueniunt discrimine uerba,
Symposijq; uiget gratia magna boni.
Et stupidi & pariter sapientis pectora uinum,
Cum modus abfuerit, non grauia esse sinit.
Argentũ atq; aurũ igne probant, quib. arte probandum (est:
Sic mentem ostendunt pocula plena tuam.
Sæpe quidem cautos uini uis multa subegit,
Atq; pudorem illis abstulit ebrietas.
At mihi uina caput miserum cum fortè grauarint,
Nulla meæ mentis cura superstes erit.
Tum mecum nutant ædes uertigine mira,

Officium

Officium surgens sæpe requiro pedum.
Obseruo,languens pectus ne turpia linguæ
Suppeditet,mihi quod mox graue crimen erit.
Pocula quæ caruere modo,mihi crede,nocebunt:
Vina tamen modicè sumpta iuuare solent.
Per mare tu Clearìste secutus,& æquora sulcans,
Nos inopes ambo iungimur,& miseri.
Sub transtris Clearìste tamen dij qualia donant,
Quæq; dedit præsens hora,reposta manent,
Non uulgaria sint:clarus si forsan amicus
Te petat,obsequium sentiat ille tuum.
Quæ mihi sunt promam:non anxius illa requiram
Grandia,quæ desunt,hospes amice,bona.
Vt uiuam,si fortè roget,dices,bona si tu
Magna putes,miserè:si mala,sat bene habet.
Suppetit,ut nobis unus conuiuere amicus
Poßit:at hoc plures non aluisse queam.
Non frustra est,quòd te mortalia pectora magnum
Plute putant,leuiter tristia damna feres.
Optandum,fortuna bono ne tristior angat:
Deterior.stultis sors magis apta uiris.
Heu mihi,quem grauius plectens odiosa senectus
Inuasit,necnon grata iuuenta fugit.
A' me nec socius,nec amicus proditus unquam,
Seruitij iuga sunt aspera uisa mihi.
Pectus demulcet iucundo tibia cantu,
Atq; hilares animos fistula læta parat.

Gaudia pertentant animum,cum pocula dulcis
Fistula condecorat,suaue canente lyra.
Haud unquam seruile iugo caput eriget altè,
Semper iners tantum colla recurua gerit.
Non equidem è scilla rosa nascitur,aut hyacinthus:
Nascitur à nullo mancipio ingenuus.
Nemo pedes unquam dura sibi compede strinxit,
Me nisi priuarint mente mea superi.
Heu uereor Polypæda,urbem ne iniuria perdat,
Qualis Centauros perdidit improbitas.
Dicere me decet æqua, & pendere cuncta ad amußim,
Cyrne,uel ambobus quo dare iusta queam:
Et uati,augurioq́;,& sacris congrua flammis,
Opprobrio turpi nil mihi ut eueniat.
Improbus haud uiola quenquam:iustoq́; bonoq́;,
Si iuuet,haud quicquam gratius esse potest.
Nuncius elinguis tristißima bella parauit,
Excelsa ueniens nuncius è specula.
Quin potius frænabis equos,uelocia cursu
Corpora:nanq; hostes appetere inde uides.
In medio spacium non excursabitur ingens,
Dementem nisi me Iuppiter ipse facit.
Casibus afflictos duris considere fas est:
Vt soluant misera sorte,precare deos.
Versa animo,quod ceu peracuta nouacula præsens
Exitium est,uarijs cuncta tulere uices.
Haud semper potiere ingentibus æris aceruis,

Nec

Nec longè excurrens accumulabis opes.
Sit mihi qua fruar ipse,alijsq; impertiar inde,
'Copia,sitq; aurum quod meus hostis habet:
Nanq; frequens conuiua forem,iuxtaq; sederem,
Qui sapiens posset multa docere bona.
Vt capiens animo sapienter dicta,uenirem
Hac ceu merce domum protinus inde meam.
Me lusus recreant:olim tellure sub ima
Instar ero saxi,sensu animoq; carens.
Cum dulces radios quandoq; reliquero Phœbi:
Nil uidear,quamuis uita probata fuit.
Res tentare iuuat,decepit opinio multos:
Multi non tentant,quæ statuere bona.
Excole uirtutem,fac rectè & cuncta decenter:
Mittendus nemo est,nuncia fama uolat.
Heu mihi,quem socij produnt,qui saluus ab hoste,
Nauita ceu scopulos cum cauet,usque fui.
Haud paulo citius,bonus est qui,fiet iniquus,
Quàm contrà:indocilem mitte docere senem.
Vir malus haud placet,abscondens se fœmina dicit,
Adsum,auis & paruæ mens leuis instar erit.
Est inuisa mihi mulier uaga,innersq; maritus
Alterius fundum quisquis arare cupit.
Sunt quædam progressa parum,quæ fata morantur
Læua,dein quæ sunt post tua terga,caue.
Quicquid agas,discrimen adest:ne scire putato
Incipiens,quo sint cuncta futura modo.

In graue discrimen multos spes laudis adegit,
Quum non consilio gloria parta foret.
Qui prudens bene agat, Deus illi sorte benigna
Nunquam defuerit, nec premet impietas.
Aequo par ferre est animo, dij qualia nobis
Contribuunt: fortis nam gemina urna deûm.
Neu mala te uexent nimium tua, neu bona cum sunt,
Exulta: finis prospiciendus erit.
Quisquis es, inter nos socij procul esse uelimus:
Cuncta, uno excepto hoc, me satiare solent.
Hoc quoq; nomen amicitiæ defende, uirisq;
Conuersare alijs, quò tua nosse queant.
Orbita nota fuit nostri currus tibi, quam tu
Obseruans, nostræ fur es amicitiæ.
Dijs inuise peri, pereas ô perfide nequam:
Nam gelido turget semper ab angue sinus.
Talis Magnetum quondam res perdidit urbem,
Quale quidem nunc nos uexat in urbe scelus.
Longè complures luxus, quàm perdit egestas,
Cum properant iusto plus cumulare modo.
Incipe uana loqui, quàm parua est gratia dictis?
Mox turpis quæstus: semper utrunq; nocet.
Nil rectè fit mendacis, nil fiet honestè,
Ore uiri, primos cum dedit ille sonos.
Non magnus labor est laudare aut spernere quemuis:
Nempe hæc sunt uanis non malè grata uiris.
Irrita uerba mali fundunt, noluntq; tacere:

Vir bonus in rebus nouit habere modum.
Haud ullum quenquam, qui sit bonus atq; modestus,
Millibus è cunctis Phœbus ab axe uidet.
Omnia pro uoto nulli cecidere petita:
Quilibet è superis nos superare solet.
Rebus in aduersis semper mea pectora torquet
Pauperies: fugere hanc copia nulla fuit.
Nummatum plebs omnis amat, contemnit egentem
Quisq; uirum: mens est omnibus ista procax.
Vita hominum uario maculatur crimine: rursus
Vnica uirtutum nec solet esse uia.
Ardua res inter sapientem dicere stultos,
Vixq; potest fieri ut cuncta tacenda premat.
Frugales inter fœda est temulentia: nolis
Inter uinosos sobrius esse uiros.
Elatis animis iuuenilia pectora turgent:
Hæc leuitas multos traxit in exitium.
Iræ præcipiti mens quæ permisit habenas,
Casibus innumeris obijcit illa caput.
Non semel hanc quæcunq; animo sententia surgit,
Volue tuo: præceps uir nocet ipse sibi.
Consiliumq; pudorq; bonis sunt insita, quæ uix
Millibus è cunctis unus & alter habet.
Haud sunt dißimili spes & fortuna paratu:
Has cuncti Stygios ceu metuere deos.
Quos sæpe haud speres, euentus esse uidebis:
Consilio sors est sæpe inimica bono.

Ne

Ne cures quenquam, non hostem, non tibi charum,
Cuius non uirtus sit tibi nota satis.
Quos non speraras iungit tibi Bacchus amicos:
Ac uirtus socijs, non bona uina carent.
Paucos quos tua sollicitet fortuna parabis,
Quum grauis angit te pectoris anxietas.
Inter mortales perijt toto pudor orbe,
Spurca libido omni nunc uiget atq; loco.
O' mala paupertas, humeris cur deprimis istos?
Corpore perculso mens quoq; pressa iacet?
Turpia nolentem ui pergis multa docere,
Qui didici à multis uir probus esse bonis.
Felix esse queam, faciant dij sæpe precabor,
Gratior haud uirtus ulla futura mihi est.
Cyrne quidem ex æquo propter tua damna dolemus,
Alterius luctum at quid uetat esse breuem?
Tristibus haud angor nimium, lætórue secundis:
Aequa mente bonus cuncta ferenda putat.
Ne fore rem, uel non fore iures (omnia nouit
Nam Deus) infensum numen ut effugias.
Consilijs quis credat enim? bona sæpe uicißim
Euenere malis, & mala sæpe bonis.
Diuitem & ex Iro subitò euasisse uidebis,
Vna opibus poterit nox quoq; obesse tuis.
Euentu prudens, quem sperat, sæpe carebit,
Gloria sed rudibus maxima sæpe uiris.
O' utinam mihi sit, quam noui, copia rerum,

Essent tum frugi gaudia magna uiris.
Quem noui, is tacitus me præterit: os mihi claudit
Paupertas, cum sim doctior & melior.
Maliaci ferimur per mille pericula ponti:
Ergo rate, & noctu tendere uela iuuat.
Nec plenam curat quisquam exonerare saburram,
Interim utrunq; latus sæua procella ferit.
Vix nauis superest: stertunt, qui deposuerunt
Nautam, quo ratis hæc remige salua fuit.
Sancta perit probitas: manibus rapiuntur auaris
Diuitiæ, partes quôq; tuente suas.
Baiulus imperitat, doctus parendum, & honestis.
Deuoret heu metuo Scylla profunda ratem.
Simplicibus probitate uiris monita illa parantur:
Nequam hominem sapiens perspicit atq; notat.
Suppetit indoctis multarum copia rerum,
Solertesq́; premit inuida pauperies.
Pauper & incultus diues, uirtute carebunt:
Illum pauperies impedit, hunc mala mens.
Nulli cum superis homini contendere fas est,
Pro iure hanc litem nemo probare uolet.
Non aluisse decet, quod sit pauisse nefandum:
Nec facias, melius linquere quod fuerat.
Sit faustum pelago quod iter perfeceris oro,
Neptunusq́; tuis te ferat incolumem.
Luxurians perdit uecordes copia multos:
Haud facile est lætis rebus habere modum.

u Non

Non quæ uisa tibi, ô bona mens, aptare licebit:
Perfer, cum multis pulchra & honesta petis.
Nam felix habui multos deceptus amicos,
Qui rursus fugiunt sorte premente graui.
Diuitiæ uulgo nunc sunt sapientia prima:
Cætera nil prosunt, sint licet eximia.
Non tibi, si qualis fuerat Rhadamantia uirtus,
Et Sisypho Aeolida noscere plura queas,
Tartareis prudens qui quondam euasit ab oris,
Persephonemq; suo uicerat ore deam:
Manibus illa prius Lethes obliuia miscens,
Isti non potuit poculo obesse uiro.
Certè haud immani quisquam remeabit ab orco,
Cum duro moriens carcere clausus erit:
Nec ferrugineas quisquam perrumpere ualuas,
Quæ tenues umbras continuere, ualet.
Sisyphus ex illis tamen euasisse putatur
Carceribus, tectos dum regit arte dolos.
Non si falsa loqui conere, simillima ueris,
Nestoreo qualis gratia ab ore fluit:
Nec si cum Harpyis cursu contendere poßis,
Et Boreæ natos si superare queas;
Nil facies: homines rapit hæc sententia cunctos,
Qua censent opibus fortius esse nihil.
Argenti quibus atq; auri sunt pondera, agerq;
Fertilis, haud duræ munera sortis habent.
Nec muli, nec equi desunt, nec cætera, uentri

Vnde

Vnde bene & pedibus sit, laterique tuo.
Tempora sunt puero atque puellæ grata uenustis,
Quæ pubertatem non procul esse sinunt.
Hæ sunt diuitiæ nobis, quæcunque supersunt:
Post obitum nullas accipit Orcus opes.
Nec tua muneribus depelles fata: senectam
Aut morbum donis uincere nemo potest.
Iuppiter id faciat, cœlestia numina faxint,
Improbitas placeat iam sine fine malis.
Qui scelerum cupidus præclaras Palladis artes
Inquinat, & nullo placat honore deos:
Scilicet ille suo pœnas de corpore soluat,
Insontes pueros nec premat ira deûm.
Sæpe pater sceleratus habet pia pignora, iusti
Quos amor, & diuûm maxima cura tenet.
Cumque suis superos metuentes ciuibus, urbem
Condecorant: patrum his crimen obesse nefas.
Atque adeò hæc superis placeant: nihilominus ille
Improbus effugit, pœna relicta bono.
Summe deûm rector, uindictam quis putet esse
Iustam, quæ meritò non premit ipsa uirum?
Nulla fraude nocens, nec qui iuranda fefellit,
Fert, utcunque sit is iustus, iniqua tamen.
Quis tam sit, si fortunas inspexerit huius,
Demens, qui superos extimuisse uolet?
Impius hic, animoque carens, æqualia iura
Spernit, & huic superûm non timor ullus adest.

Diuitijs satur hic multos iniurius urget,
Paupertas iustos deprimit arcta uiros.
Congere diuitias non fraudibus usus amice:
Consilio prudens effuge stulticiam.
Nulla horum memorem uerborum obliuio captet,
Olim quæ laudans dixeris utilia.
Iuppiter hanc equidem superat sublimior urbem,
Nempe sua dextra seruat is incolumem,
Cum superis, cœlum quos continet: inspiretq;
Et linguam & mentem Phœbus Apollo bonam.
Personet & cithara sacrati carminis auctor,
Aris dum superûm liba abolenda damus.
Atq; deim læti grato sermone bibamus,
Medorum à nobis nam timor omnis abest.
Et placeat iam nunc animo meliore recepto,
Pectore sollicitos deposuisse metus.
Mox procul & tristes potando auertere curas,
Et senium, & mortis fata propinqua citæ.
Vates Musarum studijs qui pollet, & arte,
Inuidet hic nulli, quæ didicitq;, docet.
Quærere sed decet hunc, quæsita docere petentes.
Si solus teneas, quid rogo multa iuuat?
Phœbe urbem Alcathoo struxisti mœnibus altis,
Filius hic Pelopis tam tibi gratus erat.
Agmina Medorum profligans inde repellas
Vrbe hac, qua grates plebs tibi semper habet:
Vere nouo ut sacras mittant memores hecatombas,
Barbitus

Barbitus ac lætas ornet ubiq; dapes,
Atq; chorus dulces celebret clamoribus hymnos
Circum aras,sed me Græcia terret iners:
Et ne seditio turbet,sanctißime Apollo,
Tu clemens nostris ciuibus esse uelis.
Nec longum,Siculas cum ueni promptus ad oras,
Eubœamq́; solum fertile uitis amans:
Spartamq́;,Eurotæ deuinctum ubi arundine flumen,
Cum ueni,blandis uocibus accipiunt.
Cumq́; hæc lustrarem,nulla inde secuta uoluptas,
Nil uisum patrio dulcius esse solo.
Nulla uelim noua cura animo succurrere poßit,
Adsit uirtutis nempe perennis amor:
Delecter dulci cithara,cantuq́; decoro,
Lætus agam,frugi non tamen absq; uiris.
Haud noceã hospitibus: premat haud iniuria quẽquam
In populo,placeant omnia iusta mihi.
Mens sit læta tua,& uarios age despice ciues:
Namq; bene hic de te sentiet,ille malè.
Carpit quis iustos,alius qui laudat eosdem,
Improbus haud sese perspicit ullus homo.
Nemo adeò in terris non spretus uiuere poßit:
Vulgus,quæ nobis sunt meliora,latet.
Nemo etiam uixit,nec uicturum puto quenquam,
Ante obitum cunctis qui placuisse queat:
Nec diuûm pater atq; hominum mortalibus usq;,
Iuppiter haud cunctis perplacuisse potest.

Scilicet hunc qui sacra facit, decet esse ad amußim,
Sit perpendiculo rectior ille probo:
Cui uelit ex Pythone suam præclarus Apollo
Vocem adyto dignam mittere sponte uiro.
Seu cumules quid, seu minuas cum fraude, deorum
Pœnam non fugies, sis licet usq; catus.
Perpetior casum quo non est durior alter,
Si mortem excipias, qua grauius nihil est.
Hostis nunc adeundus: amicus prodidit. ille ut
Quo studio experiens sit bene nosse queam.
Bos pedibus linguam grauiter mihi supprimit ingens,
Cum poßim ridens multa notare ioco.
At uitare licet nulli quod ferre necessum est,
Nec quæ fata pati me uoluere dolent.
Haud tamen euasu facilè est (quò uenimus) illud
Discrimen, funusq; optet uterq; magis.
Nunc ætate graues spernuntur ubiq; parentes,
Et locus his meriti nullus honoris adest.
Auxeris haud quenquam lucro, sed sperne tyrannum,
Iuratus nec tu struxeris insidias:
Accidit ut mihi, cum canere hæc tibicina uellem,
Conspicua est tellus, qua patet illa, foro:
Quæ festina implet conuiuia frugibus, ornat
Purpureis flauas floribus atq; comas.
Nunc Scytha pecte tuos horrenti in fronte capillos,
Et sola desine odora esse perempta queri.
Perfidia est seruata, fide quoq; perdita res est:

Con-

Contingunt prauis moribus ista hominum.
Esca sumus coruis multi, subitoq; perimus,
Causa mali dijs non attribuenda bonis.
Vis iniusta uirûm, lucri uæsana cupido
In mala præcipitans, priuat ubiq; bonis.
Sunt duo quæ cruciant mortales pocula propter,
Languida nempe sitis, peßimaq; ebrietas.
In medio uia tuta patet: tu ne mihi suade
Aspera me sitis ut, uel premat ebrietas.
Vina mihi prosunt, eadem obsunt sæpe uicißim,
Quum me contra hostes arma mouere iubent.
Si quæ sunt suprà positæ, mutantur ad ima
Res oculis, ædes post cyathos petimus.
Fortunam alterius quis non euertere posset?
Ereptas nullus reddit amicus opes.
Sub pedibus populum noua qui meditatur habeto:
Nec stimuli desint, nec iuga dura tibi.
Nulla etenim dominos magis amplexata superbos
Plebs, homines quotquot Phœbus in orbe uidet.
Iratus uafrum disperdat rector Olympi,
Qui blando socios decipit ore suos.
Suauius at uixi, quondam meliora fuerunt:
Gratia sed miseros haud souet ulla uiros.
Nequitiam propter, perit hæc Respublica, regum:
Prona amat hæc littus, ceu malè sarta ratis.
Afflictum si fortè aliquis conspexit amicum,
Ne uideat, uultus occulit ille suos.

Fortunæ aſpirat ſi iterum clementior aura,
  Oſcula delibans quiſq; ualere iubet.
Nil mihi concedunt falſis deſerto ab amicis:
  Cum ueniunt homines, ſponte mea fugio.
Egredior cum ueſper adeſt,aurora reducit,
  Cum matutinum percite galle canis.
Sæpe quidem indignos opibus Deus extulit altè,
  Non ipſum aut alios ſors tamen illa iuuat:
Sed uirtutis honos ſuperabit laude perenni:
  Strenuus at patriam miles & arua tegunt.
In caput hoc grandi decumbat pondere cœlum,
  Olim terrigenæ quod metuere homines,
Illis ni proſim quos nunc complector amicos,
  Hoſtibus & fuero cura dolorq; meis.
Munera non tua laude carent,non crimine,Bacche:
  Non odiſſe queo,ſed nec amare nimis.
Improbus & bonus es,quis te reprendere poſſet?
  Quiſúe poteſt ſapiens facta probare tua?
Vertice Taygeti expreſſa hæc ſume racemis
  Pocula:nam rupes has colit ille ſenex,
Rupis receſſu umbroſæ Theotimus opaco
  Diuinus gelidam uertice duxit aquam.
Protinus hoc omnes curas demerſeris hauſto,
  Quo uigor in membris maior adeſſe ſolet.
Vrbem pax habet,atq; opulentia:nunc procul eſto
  Bellum,dum tracto pocula cum ſocijs.
Nec me ſollicitent præconia miſſa per aures,

Non

Non sunt pro patrio bella gerenda solo.
Turpe mihi præsenti, & equorum frena tenenti,
Martis si dubitem castra cruenta sequi.
Heu mihi sum quòd iners, perijt Cerinthus, & hostis
Lelantum cœpit perdere uitiferam.
Prodita nempe malis patria est, bonus exulat: ô si
Nunc Cypsellizon concidat omne genus.
Quàm sapere, haud cuiquam melius contingere posit,
Stulticia nil est deteriore nota.
Cyrne quid iratum iuuat excandescere multis?
Mores atq; animos utile nosse magis.
Pectore condita mens latet, inde opera omnia manant
Iusta, iniusta hominum, sors premat asperior.
Mox fortuna operum laudes cum crimine miscet,
Ex omni sapiens parte nec ullus erit.
Hic sumptus uitat, congestis undiq; nummis:
Virtutem hanc summam, qui sapit, esse putat.
Si cernens animo breuis æui tempora posset
Metiri, & quando mors subeunda sibi,
Quæsitis rectè uicturus tempore longo
Parceret, atq; tenax plurima congereret.
Nulla est quàm leti nobis incertior hora,
Quod trahit in curas pectora nostra graues.
Ancipiti in triuio uia duplex: altera quarum
Non mihi displicuit, non minus illa placet.
Hæreo num tenui uictu, multoq; labore,
Profuso an sumptu uita terenda iocis?

Vidi ego qui genium censûs fraudaret amore,
Detraheret uentri multa alimenta suo:
Non tamen elatus plaudendo funere, secum
Defunctus proprias ille recepit opes.
Est, sibi qui intempestiuo quæsita labore
Inuidet, atq; alijs: estq;, per ingluuiem
Omnia qui perdat, præsentia gaudia captans,
Postmodò mendicos arripit ore cibos.
Omnibus hoc præstat Democles: consulo, pro re
Proq; suis opibus uiuere quisq; uelit.
Non operam perdas ingratis multa relinquens,
Te nec paupertas sub iuga dura premat.
Grataq; non miseræ deerit fortuna senectæ,
Qua non apta magis res fuit ulla seni.
Non deerunt socij rebus, mihi crede, secundis:
Aduersis, nullus te putat esse bonum.
Vtere quæsitis parcè: non flebit amicum
Hæres, cum uacuas uiderit esse domos.
Exornat paucos formoso corpore uirtus,
Est felix quicunq; utraq; nactus erit.
Obseruant illum pariter iuuenesq; senesq;:
Assurgunt illi, suspiciuntq; patres.
Haud imitans possum Philomelam uoce referre,
Lusimus hesterna sed puto nocte satis.
Tibia non curæ est, queror hoc quòd deseruit me,
Nulli qui sapiens arte secundus erat.
Tibicen læua astet, nam modò carmina dicam

Apta

Apta modis, superos supplice uoce rogans.
Certa sequenda uia est, hac illac ne leuis errem,
Quæ deceant animo cuncta notanda meo.
Laudabo at patriam præclari nominis urbem,
Nec populus curæ est, uir malus atq; mihi.
Vt leo cum pedibus fœtum discerpsit aduncis
Ceruæ, non mea sic pressa cruore sitis.
Mœnia conscendi, nocuit uictoria nullis:
Aptaui currus, non tamen usus eram.
Nec faciens feci, nec perficiens perfeci:
Sed nec agens egi, cœptaq; non perago.
Ingratis bene si facias, tua munera perdes,
Iacturam & sequitur gratia nulla tuam.
De te si merui bene, quare spernor ego abs te?
Ad me, si qua tibi res opus ulla, uenis.
Dulcior unda mihi nigro de fonte petita,
Istius & gelidis ora rigantur aquis.
Limosos latices alio de fonte recepit,
Nunc alio nobis amne petantur aquæ.
Quenquam sit laudare pudor, quem nosse negaris,
Affectu, ingenio, moribus atq; quibus.
Infestas cæco fraudes in pectore celant
Multi, quos mutat qualibet hora leues.
Horum longinquo panduntur tempore mores,
Consilium cogor uertere sæpe meum.
Laudaui absentem te, non tamen undiq; notum:
Sed cessi, ut procul hinc littore pulsa ratis.

Quæ

Quæ uirtus, cyathis tibi si uictoria constet?
  Plura bono exhaurit pocula sæpe malus.
Non hominum quisquam, quem mortis fata manebunt,
  Inq; Erebum scandit, Persephonesq; domos,
Quem post delectet lyra mortem, aut fistula mulcens,
  Et qui tum lætus dulcia uina bibat.
Isthæc semper erunt cernenti gaudia, gestat
  Dum caput hoc ceruix, cætera membra pedes.
Inter pocula non tantùm, sed re quoq; amicus
  Tu mihi sis, opibus fer quoq; suppetias.
Non me pollicitis tantùm soletur amicus:
  Nempe fidem factis, non probet ore, suam.
Eripiant curás animo conuiuia, lætus
  Tractabo dulces iam sine felle iocos.
Vt uerbum leue, sic iuuenùm citò labitur ætas,
  Acris equi cursum præuolat hæc celerem.
In pugnas iuuenes, equus in fera prælia portat,
  Subsultans campis undiq; fertilibus.
Vina bibunt alij, bibe tu quoq;: fortè quid angit,
  Sollicitum nemo sentiat esse tamen.
Tristia sæpe feres animo, iucunda uicißim
  Succedunt, uaria sorte manente homines.
Musarum in medio si palmam Academe relinquas,
  Sertaq; formosus præbeat inde puer:
Si mecum certes, ego sim sapientior, an tu:
  Quid distent mulis, experiere, asini.
Postquam ueloces summo tenet æthere currus
Sol,

Sol,medium radijs indicat esse diem.
Si uisum est,mensa iam decedamus opima,
Suauibus expleto uentriculo dapibus.
Egreßisq; foras manibus perfundere lympham,
En roseis digitis pulchra Lacæna parat.
Præmia uirtutes nunquam interitura sequuntur,
Prudentes decorant præmia tanta uiros.
Haud res utilior populo,nec ciuibus ulla,
Quàm qui non prima stare timent acie.
En fidus monitor,mortales discite,donec
Dulcia sensus amat,grata iuuenta uiret:
Diuitijs fruere ipse tuis,iuuenescere rursus
Fata uetant:nemo est quem uoluere dei
Deuinctum morti subducere.nempe senectus
Rugosa est,canum mox subitura caput.
Est minus ille miser,ter felix atq; beatus,
Qui sine Marte fero mortis adiuit iter.
Parce minis hostes terrere,armisq;,priusquam
Experiare fidem certus amicitiæ.
Sæpius horrenti gelidus per membra cucurrit
Sudor,& obstupui ut uisa iuuenta mihi,
Pars æui melior,multis quoq; dignior annis,
Effugisse citò,ut somnia nocte abeunt.
Aetas digna coli:sequitur quam curua senectus,
Cum tremulum supra repserit illa caput.
Ceruicem indomitam non hosti sub iuga mitto,
Liber ero,hic Tmolo sint grauiora licet.

Sed uano pauidi luctu sua damna queruntur,
Prudens consilijs sustinet illa suis.
Qua miser esse queat sors est satis obuia cuiq;:
Sed bona nancisci, Cyrne, quid asperius?
Confide ô bona mens, uix casu afflicta ferendo,
Instabiles motus pectus inertis habet.
Infectis rebus curas non anxius adde,
Ne doleas nimium, nec grauis esto tuis.
Ne exhilares hostem, diuûm fatalia dona
Nemo fugit, lethi cui subeunda uia est:
Seu quis cærulei penetrarit ad intima ponti,
Siue est tartareis conditus in tenebris.
Decipere est infame bonos, aut fallere, Cyrne:
Haud nescis, quondam sic placuisse mihi.
Olim suauis erat, melior nunc uita parata est:
Gratia sed miseris nulla parata uiris.
Stulti mortales, uinum, cum Sirius ardet,
Qui fugiunt, astrum dum furit igne suo.
Ad cyathos dum flet tibicen, uina bibamus,
Istius atq; dolor gaudia iam cumulet.
Stertamus, uigili quoniam custode tenetur
Vrbs, quãquam heu misera est patria, chara tamen.
Dispeream, grauibus ni uerbis spretus abibit,
Contectus quisquis stertit inerte thoro.
Cætera dij curent, olim uentura: bibamus,
Tractemus faciles cum grauitate iocos.
Hæc tibi ceu genitor puero præcepta fidelis

Dicam, quæ memori mente tenenda puto.
Consule, ne præceps rapere in mala facta: sed antè
Quàm facias, animo singula uolue tuo.
Dißidet à ratione uide cùm dira libido,
Consilio ad mentem te reuocante graui.
Hæc nunc missa tamen facio, mihi fistula dulcis
Personet, & nobis carmina grata canat.
Munera quæ nobis tribuerunt multa Camœnæ,
Grata mihi atq; tibi ac finitimis socijs,
Quos & Apollo colit: sed sensus cernere nemo
Occultos, sapiens sis licet usq;, potest.
Tecta latet quorundam opibus mens improba magnis,
Virtutem obscurat sordida pauperies:
Cumq; sua iuuenis lætatur compare amoris,
Dum genio indulgens commoda grata capit.
Est tibicine nil melius, ludoq; procaci:
Suauius his nihil est, dum licet usq; frui.
Fœmina, uir, læti his: quid diuitiæq;, pudorq;?
Omnia cum uincat prouida læticia.
Stulti mortales, qui deflent funera, sed non
Aetatis florem præterijsse suæ.
Post tua fata alij: præsentia gaudia carpe
Nunc anime ô, cum sim gleba futurus iners.
Sint uarij mores in amicos, postulat ut res:
Pro uoto quiuis te putet esse suum.
Iam concede parum, semper ne sis tamen idem:
Robur sæpe ingens uincitur ingenio.

Exitus

Exitus haud constat rerum: Deus inde latet nos,
Quo sit facturus illa, uel illa modo.
Obiecta est cunctis nox cæca & densa futuris:
Non est qua poßis effugere ulla uia.
Si bonus atq; hostis fuerit, reprendere turpe est:
Nequam laudandus nullus amicus erit.
Sic tibi, qui momenta obseruas singula rerum,
Est sua amicitiæ contribuenda fides.
Esto grauis populo: nam pressus pondere, nescit
Ingratus studijs obstrepere usq; tuis.
Pollux & Castor, gemini Lacedæmone fratres,
Eurotæ ripas qui colitis uirides:
Damnosum mihi sit, si fraus mea lædat amicum,
Mulctetur duplici, si nocet ipse, malo.
Afficior uario aduersus te pectore, quum nec
Valde odisse queam, sed nec amare nimis.
Difficile est utrunq;, odisse & spernere amicum:
Cumq; inuito aliquam iungere amicitiam.
Nunc alium tibi quære, nec est, mihi crede, opus illo,
Olim abs te cuius gratia facta mihi est.
Sublimis feror in cœlum uelocibus alis,
Pestiferum ut fugiam, sponte relicta palus,
Funibus abruptis. nostro priuatus amore,
Posterius multum nos sapuisse feres.
De me consuluit, tibi qui temerarius ausu,
Vt nostram spernas iußit amicitiam.
Nequitia euertit Magnetas cum Colophone,

Smyrnam

Smyrnam etiam, quæ uos mox dabit exitio.
At plumbo experiens ut si quis confricet aurum,
Non lateat uirtus sic tua pressa malis.
Heu misero, lætus quia damna hostis mea ridet,
Difficilis quiuis es mihi amicus, ait.
Quis ferat hoc? quis'nam? censetur quòd, bonus olim
Qui fuit, esse malus: qui malus, esse bonus?
Sunt sine honore boni, non sunt sine honore maligni,
Iniusti cupiat iustus ut esse gener.
Decipiunt, & ridentur, ridentq; uicißim,
Immemores horum quæ bona uel mala sunt.
Obiecta est mihi paupertas à diuite, cum sint
Quædam quæ desunt, hæc superos rogito.
Plute places cunctis, pulcherrime Plute deorum,
Esse bonum facies, sim malus usq; licet.
Phœbus amat, sed aret faciem ne ruga senilis,
Me quoniam curas cum patre Phœbe tuo.
Vtq; omni uacuus degam discrimine uitæ,
Et pulchra forma diuitijsq; fruar:
Tanta ego sustinui, quanta est perpessus Vlysses,
Ex Orco ad superos quem redijsse ferunt.
Inde procos ferro interimens ulcisceris omnes,
Prudentis coniunx optime Penelopes.
Ipsa domi expectans cum nato sedula mansit,
E' Ditis regno cum redit ille domum.
Diluo uina bibens mordaces pectore curas,
Hostis nec curo quàm maledicat iners.

Defleo quòd fugiens pulchræ decus inde iuuentæ
Trifti conficiar, tradidit, ut fenio.
Cyrne mali caufam nunc præcidamus amicis,
Ne medicina malis defit in ulceribus.
Spes bona fola homines præfens dea feruat, aliq;:
Namq; deos reliquos magnus Olympus habet.
Gratia tellurem, & folers Prudentia liquit,
Atq; inter cunctas maxima diua Fides.
Perfidiæq; leues iurandi uincula iuris
Rumpunt, nec curat perfida turba deos.
Et genus & uirtus hominum periere priorum:
Non fas, non pietas ulla magis fupereft.
Spes maneat, dum uita manet, cultusq; deorum:
Dum afpicis hunc folem, non tibi difpliceat.
Hos rogita fupplex: cædatur uictima ad aras,
Prima Spei, & fiant ultima facra, deæ.
Decipiare caue aftuto fermone malorum:
Contemptu hæc faciunt numinis atq; Dei.
Incubat ille opibus multorum pectore toto,
Auferat ut turpes, nectit ubiq; dolos.
Nempe nouos ne afcifce, uetus pellatur amicus,
Suaferit hoc tibi fi garrula lingua hominum.
O' utinam diues fine curis uiuere poffem,
Nec fit quòd uitam follicitare queat.
Non amo diuitias, mediocri experte malorum
Viuere contingat fi mihi forte mea.
Effugit ex animo nunquam fapientia Cyrne:

Expleri

Expleri hac sapiens,nec satur esse potest.
Nec præstantior est,natis quem linquere poßis
Thesaurum,expendes si petat inde bono.
Felix nemo,uel est ex omni parte beatus:
Casus dißimulat qui, sapit ille, suos.
Aduersis uti nescit,rebusq; secundis
Stultus,commiscens non bene dona deûm.
Instabilis fortuna hominum:sed qualia dij dant
Munera,sunt æquis accipienda animis.
Pectoris in medio lingua est,aures,oculi,mens,
Eius qui sapit,& singula nosse potest.
Amplexare bonos,hominem aspernabere nequam,
Hoc sine iter melius ad tua lucra paras.
Sunt hominum certè bona facta & dicta bonorum,
Stulta lèues rapiunt uanaq; dicta noti.
Certa sodalis pernicies est improbus:at cum
Veneris ad diuos,rectius illa scies.
A' dijs est,rata si qua animo sententia surgit,
Consilijs fiunt irrita multa hominum.
Felix,consilijs plenum qui pectus habet:non
Qui iniustus nocet,aut improbus & satur est.
Afflixit saturos multarum copia rerum,
Luxus & est omnis fonsq; caputq; mali.
Ne famam factu aut perpeßu turpia lædant,
Cyrne,placet uirtus si tibi magna satis.
Ac reuerere deos,metuens timor ille coercet,
Impia ne facere aut dicere multa uelis.

Immiti simul accumbes si fortè tyranno,
Non est, crede mihi, culpa timenda tibi.
Mens & lingua proba haud multis mortalibus insunt,
Sunt promenda illo singula dicta penu.
Donis nemo fugit letum, non sortis iniquæ
Expers antè aliquis quàm moriatur erit.
Muneribus nullis redimes, te quo minus angant,
A' Ioue si ueniant tristia damna tibi.
Post obitum nolim solio decumbere regis,
Sed non casso animo mollia strata placent.
Functo tapetes nihil inter, & aspalathos, est,
Molli seu duro condideris feretro.
Non fallunt iuranda deos, sed debita nulli
Abiures: uindex nam Deus illa uidet.
Exaudita mihi tempus quæ monstrat arandi
Vox auis est, liquido quam dedit illa sono.
Perculsus toto mœrebam pectore, quòd non
Lætus ager nobis esset, ut est alijs:
Nec muli, quos nunc curuo iungamus aratro:
Coniugis instar erat quòd mihi grata ratis.
Prosequor exequias non mœsta uoce tyranni,
Nomen flens referam haud illius ore meo.
Nam neq; me defuncto angetur & ille dolore,
Nec lachrymans nostro funere tristis erit.
Non ueto, non iubeo, iuuenilia gaudia carpas,
Rectius (immitis nanq; es amicus) abes.
Aethon sum genere, urbs sunt altæ mœnia Thebæ,

Ex-

Expulsus patrijs sedibus hinc fugio.
Callida me rides? in somnum uerte parentes,
Argyri, non deerunt uincula mancipij.
Sunt mulier nobis incommoda plurima, sed non
Exilij status hic seruitium esse solet.
Non quisquam me uendit, & est pulcherrima nobis
Vrbs, quæ Lethæa condita planicie est.
Risu sed iuxta flentes ne commoueamur:
Lætemurq́; aliàs, sors bona si fuerit.
Fallere difficile est hostem: sed fallere amicum
Cyrne potest quiuis, si tegat arte dolos.

Ira nocet, nihil est furiosa iniustius ira,
Pectoris indomiti quam leuis ardor agit.
Ast uxore bona nihil est iucundius: huius
Sum tibi testis ego, tu mihi testis eris.

PHOCYLIDIS POEMA ADmonitorium, Vito Amerbachio interprete.

Furtiuam uita Venerem, tædasq́; procaces.
Mitte dolos, seruaq́; manus à sanguine puras.
Ne malè ditescas, de iustè uiue paratis.
Sis contentus eo quod adest, aliena nec aufer.
Et uerum loquitor, nunquam mendacia dicas.
Principiò uenerare Deum, cole deinde parentes.
Fac iustè cunctis, ne te fauor abstrahat ullus.
Ne spernas inopem, aut personæ deditus esto.

Iudicio si quem falles, Deus ipse rependet.
Sis testis uerax, & ne non iusta loquaris.
Sis castus, rebusq́; fidem seruato gerendis.
Vtere mensuris, ornat modus omnia, iustis.
Libram ne pulses, æqualem sed trahe semper.
Ne iusiurandum uiola noléńsue, uoléńsue:
Nam Deus æternus periurum quemlibet odit.
Ne sata fureris, res execrabilis hæc est.
Mercedem soluas, inopem ne supprime quenquam.
Linguam contineas: arcanum in pectore cela,
Nec fac iniustè, necnon facientibus obsta.
Des inopi citò, nec redeat cras ille iubeto.
Plena dona manu præbens miseretor egeni.
Errantem excipias, cæco dux esto uiarum.
Naufragûm miserere, uia est incerta per undas.
Incautum serua, lapsuro porrige dextram.
Communes casus, rota uita est, diuitiæq́;.
Si tibi opes fuerint, his auxilieris egeno:
Pauperibus des inde, Deus tibi quæ dedit olim.
Publica sint uitæ iura, & concordia cuncta.
Ne cædis gladium, sed caussa sume salutis:
Hoc non indigeas, utinam per fásue, nefásue.
Namq; manum maculas, inimici sanguine fuso.
Vicinos agros mittas, ne limina transi.
Optima res modus est, rerum transgreßio praua.
Nullius fructum crescentem læseris arui.
Sint in bonore pares peregrini ciuibus ipsis.

Nam

Nam uaga paupertas omnes cum tempore tentat,
In terraq; manent homines non semper eadem.
Mater auaricia est cunctorum & causa malorum.
Decipit argentum mortales semper, & aurum:
Aurum pernicies rerum, mala cuncta gubernans,
O' utinam nulli studio mortalibus esses.
Nam pugnæ, & cædes propter te, suntq; rapinæ,
Fratribus inuisi fratres, natisq; parentes.
Pectore ne claudas aliudq;, aliudq; loquaris:
Neue, ut per petras polypus, muteris ubiq;.
Iniustè quicunq; uolens facit, is malus est uir:
Qui nolens, aliter. Cuiusq; expendito sensum.
Nec uires, nec opes, nec te sapientia tollat.
Vnus enim sapiens Deus est, diuesq; potensq;.
Ne cruciare malis animum, quæ præterierunt:
Nam factum nequit infectum nunc amplius esse.
Nulli uim facias, iram compesce ferocem:
Nam cædem nolens post crebros feceris ictus.
Communes sint affectus, prægrandia uita.
Quod superat mediocre, bonum non utile nobis.
Ad turpes creber perducit luxus amores,
Fastus opes sequitur, sequitur petulantia magnas.
Pestiferum uehemens animus facit ipse furorem.
Ira cupit tantùm, metam uehementia transit.
Est mala prauorum, est imitatio recta bonorum.
In prauis nocet, in rectis audacia prodest.
Virtutis grauis est amor, & mala Cypridos auget,

Eſt inter ciues prudens uir magna uoluptas.
In potuq́;,ciboq́; modum,ſeruaq́; loquendo.
Optimus in rebus modus eſt,tranſgreßio praua.
Et Momus caueas ſociorum,atq; inuidus eſſe.
Inuidia careant quòd cœli numina,florent.
Non Phœbo melius lumen ſoror inuidet ipſi,
Corporibus non terra locum cœleſtibus altum,
Non amnes pelagis,ſed agunt concordia ſemper.
Non ſtaret cœlum,ſcirent ſi iurgia Diui.
Turpia ne facias,exerce facta modeſti.
Néue imitere malum,ſed iure iniuſta repellas:
Nam bene Suada iuuat,litem lis altera gignit.
Credere non debes,quàm finem uideris,antè.
Qui faciunt,illos pulchrum eſt ſuperare,benignè.
Pulchrius in tenui menſa citò paſcitur hoſpes,
Quàm lauta,ſed ſuſpecta,nimiumq́; morante.
Erga inopem nunquam fias in fœnore acerbus.
E' nido uolucres ne quis detraxerit omnes,
Pro pullis iterum matrem ſed linque fruendis.
Iudicia indoctis nunquam permittere debes.
Ars docto regitur,regitur ſapientia docto.
Ne rudis accedas doctrinæ limina magnæ,
Talem non capiunt alijs non antè parati.
Aſſentatores,cultores defuge menſæ:
Multi ſunt etenim ſocij potusq́;,cibiq́;,
Tempus & obſeruant,dum ſit quo uenter alatur,
Pauca ferunt ægrè,multis nequeunt ſaturari.

Ne

Ne credas uulgo,uarium & mutabile uulgus.
Non uulgus,non unda etiam cohibetur,& ignis.
Iuxta ignem frustra cor ne crucieris sedendo:
Proq́; modo fac sacra deis.modus optima res est.
Impartitor humum nondum post fata sepulti.
Ne iustorum aperi tumulos,soliq́; tegenda
Ne monstres,& commoueas tibi numinis iram.
Harmoniam non est hominis dissoluere pulchrum,
Et citò speramus de terra in lumen ituros.
Relliquiæ uita functorum numina fiunt:
Nam remanent animæ post mortem labe carentes.
Spiritus est & imago Dei,& mortalibus usus.
Sumpsimus è terra corpus,puluisq́; soluti
Cuncta sumus,cœlo est sed spiritus inde receptus.
Ne parcas opibus,mortalem te esse memento:
Diuitias nemo secum portabit ad Orcum.
Mors æquat cunctos,animas Deus ipse gubernat.
Communis patria est æterni regia Ditis.
Huc reges ueniunt omnes,huc uulgus egenum.
Nostra breuis uita est,& certam durat in horam.
Mors animam tollit nunquam,læditúe senecta.
Ne dolor in duris,in lætis gaudia turbent.
Sæpe etiam in uita firmis non fidere fas est.
Temporibus serui,ne flatumq́; obijce uentis.
Emergitq́; malum subitò,cessatq́; solutum.
Ne reddas tragico mentem sermone furentem.
Quæ cunctis multum,lenis sit dictio prodest.

Arma uiro sermo est, plus, quàm penetrantia, ferrum.
Arma dedit sua cuiq; Deus: pernicibus alis
Per cœlum tranant uolucres, roburq́; leones,
Cornua taurus habet, natiuum spicula gestant
Robur apes, homini sunt propugnacula sermo:
Quem diuina parit, sermo, sapientia, regnat.
Natura sapiens robusto iudice præstat.
Agros ac urbes regit, & sapientia nauem.
Non debet tutus clàm uir malefactor haberi,
Sed malè quisquis agit, procul amoueatur oportet.
Sæpe boni prauis misti moriuntur, ut illi.
Depositum, quod subtractum est, ne suscipe furto,
Accipiens furti, & faciens, damnandus uterq; est.
Cuiq; suum tribuas: excellit in omnibus æquum.
Cuncta time incipiens, metam ne transgrediaris.
Ne tractes hominis uictum iumenta furenter.
Iumentum prolapsum inimici fortè leuato.
Ne fugias hominem errantem terráue, mariúe.
Nancisci longè, quàm inimicum, præstat amicum.
Incipiens abscinde malum, medicator & ulcus.
Ne quem carne cibes putrida: uelocibus illam
Sed linquas canibus, fera uescaturq; ferina.
Nulla uenena pares, magicos & defuge libros.
Infantem ne tange manum uiolentius æquo.
Et rixas belli fugitato, dißidiumq́;.
Ne benefac prauo: sic dantur semina ponto.
De proprio ut uiuas, duros tractato labores:

Nanq;

Nanq; piger manibus uitam ſuſtentat iniquis.
De cœna alterius menſæ ne comede ſordes:
Sed te paſce tuis,ignominiaq; carebis.
Artem qui didicit non ullam,fodiat ille.
Quod facias,non deſit opus, ſudare uolenti.
Si tractare uoles remos,eſt æquor apertum:
Si terræ cultura placet,ſunt grandia rura.
Nil geritur bene,ſi deſit ſudorq;,laborq;,
Non ipſiſq; deis:uirtus ſudore iuuatur.
Deſertis antris uictus telluris egentes
Formicæ uadunt,redeuntq; per inuia,quando
Deſectæ campis complent nunc horrea fruges:
Hordea conuectant,tritici uel grana labore
Aßiduo,ſequiturq; ferens ſua dona ferentem,
Inq; hyemem uictum proprium de meſſe reponunt:
Impigrum,paruumq; genus,multiq; laboris.
Tractat apis ſtudioſa ſuum,prudensq; laborem,
Siue cauæ petræ per ſpecum,in arundinibúſue,
Aut in uentre caui iucundo roboris antro,
Floribus efficiens beneolentia cerea tecta.
Ne maneas cœlebs,pereas ne inglorius olim.
Te quoq;,ut es genitus,naturam gigne ſecutus.
Vxorem ne proſtituas,ne pollue prolem:
Nam ſimiles lectus pueros non gignit adulter.
Ne uiola ſobolem natam de matre nouerca:
Vt matrem cole,quæ graditur ueſtigia matris,
Et uetitum caueas intrare cubile ſororis,

Et

Et cum pellicibus patris concumbere noli.
Nec mulier fœtum tenerum corrumpat in aluo,
Nec partum canibus det, uulturibúsue uorandum.
Vxoriq; manus grauidæ non afferat ullus.
Nec marem castres natum generare ualentem.
Et ne deformes uxorem factus adulter.
Legitimam retine uenerem, uetitamq́; caueto:
Et ne in fœmineum soluaris totus amorem.
Namq; amor haud Deus est, sed cæcæ agitatio mentis.
Vxorum fraternarum ne scande cubile:
Turpiter uxores fratrum ne tange tuorum.
Diligito uxorem: quid enim mage dulce bonumq́;,
Quàm si fœmina amans in tempore sera maritum,
Atq; uir uxorem, concordia fœdera seruent?
Qui non est coniunx, nullam ui tangere debet.
Fœmina praua tuas tibi nec ducatur in ædes:
Vxori nec te faciat dotatio seruum.
Perq́; domum nec equos quæras, taurosq́; superbos,
Et propter natos, & nobilitate feroces.
Iungere non autem nobis conamur honestam,
Nec mulier prauum, si diues, respuit, ille est.
Nec debes nuptam nuptæ, damnum addere damno.
Ne sis prædurus pueris, sed mitior esto.
Filioli mater peccatum puniat, aut qui
Sunt generis primi natu, populiúe potentes.
Ne mari pueri calamistris ure capillos.
Nec summis nodos, nec des crinale capillis.

Non decet, ut iuuenes ita ſint, ut fœmina, compti.
Cuſtodi puerum pulchrum florentibus annis.
Clauſa tibi uirgo thalamis ſeruetur honeſtis,
Neu ſinito hanc ad connubium foris uſq; uideri.
Aegrè ſeruatur puerorum forma parenti.
Dilige cognatos, & idem ſentito quod ipſi.
Obſerua canos, cedas de muneribuſq́;,
Deq́; loco ſenibus, natuq́; & ſtirpe ſenemq́;
Aequali ſimilem tractabis honore parenti.
Præbe, quod uentris debetur iure, miniſtris.
Et ſua da ſeruo, ſic te quoq; ſeruus amabit:
Néue inſcribe notas, hæc ſunt opprobria, ſeruo.
Ne defer ſeruum regi, ſic læditur ille.
Conſilium, rectè ſi ſentit, & accipe ſerui.
Hæc animamq́; tuam purgant arcana, piantq́;,
Iuſticiæ, corpus: quorum qui iuſſa ſequuntur,
Felicem poterunt hi totam degere uitam.

Eiuſdem.

Hæc quoq; Phocylidis præcepta: Ex quatuor iſtis
Fœminei genus eſt ſexus, canibuſq́;, apibuſq́;,
Nec non ex torua ſue, equo ceruice iubato.
Diſcurrens celeris, formoſa, & commoda equina eſt.
Immunda ſue nata nec eſt bona, nec uitij expers.
E` cane difficilis moroſaq́; naſcitur. ædes
Filia apum dextra cum ſedulitate gubernat:
Connubio hanc ſtabili tibi iungito dulcis amice.

Eiuſ-

Eiusdem.

Pauper eges?uigilem curam gere fertilis agri,
Nomen Amaltheæ cornu sibi uendicat aruum.
Inuenidi generis præstantes nobilitate,
Quos neq; consilijs sequitur,nec gratia uerbis.

AVREA CARMINA PYTHAgoræ, Claud. Monsello interprete.



Eternos uenerare deos,ut lege iubentur,
Et iusiurandum:clarosq; heroas honora:
Debita dæmonibus sacra fac,& defer honores.
Tum uenerare tuos genitores,atq; propinquos.
Ex alijs tibi fac socium,cui plurima uirtus
Lenibus & uerbis,& faustis cedito rebus.
Exiguam ob culpam caueas offendere amicum:
Vt poteris.posse,& cogi,haud diuersa uidentur.
Ista quidem noris:sed & hæc cohibere labora,
In primis uentrem,& somnum,ueneris q; coerce
Illecebras,iramq;.nec unquam turpia patra
Aut præsente alio,aut tecum:teq; ipse uerere,
Ante alios omnes:sit apud te summa pudoris.
Tum quoq; iusticiam factis uerbisq; sequare.
Fac prudens ut sis,& re consultus in omni.
Et teneas,fatis mortem omnibus esse paratam.
Rem quandoq; para,quandoq; amitte libenter,

Cum tibi quid dederint superi diuinitùs,horum
Quæ generi humano gaudent inferre,malorum,
Fer placidè,pectusq; tuum ne scinde dolore:
Sed quantam poteris tibi tu conferto medelam,
Et reputa non multa bonis bona sortis adesse.
Sermones hominum multi prauiq;,boniq;:
Sed néue obstupeas,neu te patiaris ab illis
Seduci.audieris mendacia si qua referri,
Cede libens:sed quod dicam tibi,perfice prorsus.
Nec uerbis,nec re caue decipiaris ab ullo.
Ne facias,dicásue,tibi quod obesse putaris.
Ne sine consilio quid agas,ne stulta sequantur:
Infelix ille est,qui stulta facitúe,refertúe.
Hæc peragenda tibi,quæ te non angere poßint.
Quæ nescis,ea ne facias:sed disce libenter
Quæ decet,& lætam poteris traducere uitam.
Nec curare parum,ualeas ut corpore,debes:
Quin motus adhibeto modum,potusq;,cibiq;.
Idq; appello modum,quod te non lædere poßit.
Delicias fuge,munditiem sed quærito uictus.
Quæcunq; inuidiam conflant,tractare caueto.
Ne temerè sumptus fac,tanquam ignarus honesti:
Sed neq; sordidus esto.modus pulcherrima res est.
Hæc gere,quæ nequeant te lædere.nec prius ullum
Aggrediaris opus,quàm sis meditatus abundè.
Antè tuos oculos placido ne trade sopori,
Quàm quid quôq; die gestum,ter mente reuoluas:

Quò

Quò sum transgressus? quid deliqui? quid omisi?
Sicq; à principio exorsus, percurre deinceps.
Sis tristis, mala si fuerint: sin candida, lætus.
His studeas, his aduertas, hæc pectore serua,
Hæc te uirtutis diuæ in uestigia ponent:
Per cuius tribuit nobis doctrina tetractyn,
Aeternæ fontem naturæ. ac sancta precatus
Numina, rem tractes. atq; hæc si cuncta tenebis,
Quo res quæq; statu fuerint hominumq; deûmq;
Cognosces, tum quo pacto semota recedant
Singula, tum maneant æterno fœdere iuncta.
Nosces, ut fas est, naturam semper eandem:
Vt quæ non sperare decet, nec habere facultas,
Talia ne speres, nec te quid fallere poßit.
Nosces; sponte sua genus ut mortale prematur:
Infelix, qui non bona uel præsentia, cernit,
Aut audit. pauci finem nouêre malorum:
Idq; est mortales quod uerberat. utq; cylindri
Perpetuis acti fatis hinc inde feruntur.
Quippe molesta comes lis, atq; innata nocere
Clàm solet. hanc caueas accersere: sed fuge cedens.
Aut tu solue malis homines bone Iuppiter, aut tu
Cuiq; suum monstra genium, quo debeat uti.
Sed confide animis, homines sunt quando perennes,
Sacra quibus ratio profert, & singula monstrat.
Quorum si qua tibi pars est, tu compos eorum
Euades, quæ præcipio: cunctasq; repellens

Aeru-

Aerumnas,animum poteris præstare quietum.
Abstineas dapibus,quas diximus,inq; catharmis,
Inq; animi lysi:necnon & singula pendas,
Aurigam faciens mentem uirtute probatam.
Atq; ubi defunctus conscenderis æthera diûm,
Iamq; æternus eris,deus immortalis,& omni
Interitu uacuus,nullisq; tenebere fatis.

THEOGNIDIS HAEC QVOque carmina citantur.

Curæ hominum uolucres animos ad sidera tollunt,
Et uitæ & uictus sollicitante fame.
Indulgere libet genio.nam fortè uiriles
Euadant alij,puluis inanis ego.
Præstat honore senile decus iuuenilibus annis,
Quem dicto aut facto lædere nemo uelit.
Quotquot sol radijs lustrat splendentibus almus,
Inuidus intulerit crimina Momus eis.
Noscere non hominum quæ sit sententia possum,
Nec bene si faciam,nec malè sic placeam.
Abruptus de conturbato pectore sermo
Consueuit uarijs Cyrne nocere modis.

PHOCYLIDIS.

In medijs epulis cum dantur uina uicißim,
Tu quoq; pocula duc,aliorum exempla secutus.
Quæris opes?agrum pinguem exercere labora.
Est etenim pleno fundens bona Copia cornu.
—— Genus hoc quoq; nobile multum,
Cuius nec mentis,nec linguæ est gratia fallax.

E' SOLONIS ELEGIIS.

VOs ô Pierides Musæ me audite precantem,
Clara Iouis proles, Mnemosynesq́; deûm:
A' superis ut sim felix date, ab ore uirorum
Nominis ut surgat prospera fama mei.
Hostes me durum, suauem experiantur amici:
His ueneranda, illis ora timenda geram.
Diuitias opto, sed iniqua fraude parare
Nolo: nam tandem pœna dolenda uenit.
Durant quas tribuit diuinum numen, ab imo
Ad summum stabiles usq; cacumen opes:
Quas ueneratur homo, uis ac iniuria fallax
Congerit inuitas artibus atq; dolo:
Idcirco subitò cladi miscentur acerbæ,
Quam ueluti flammam parua momenta cient:
Exigua est primùm, sed uix toleranda recedit:
Nusquam facta malæ mentis inulta manent.
Sed finem cuiusq; uidet Deus: atq; repentè
Irruit, ut uerno missa procella die:
Quæ maris immensi postquam uoluentibus undis
Aequora concussit, deq́; ferace solo
Lætas excussit segetes, ascendit ad altas
Diuorum sedes, astraq́; clara facit:
Almaq́; uis terram collustrat solis opimam,
Et parent toto nubila nulla polo:
Sic subita est uindicta Iouis: quem non tamen, ut nos,
Quamlibet ob causam ira mouere solet.
Nec celare potest se mens impura malorum:

At cuiusq; suo tempore uita patet.
Continuò pendunt hi pœnas, serius illi:
Si nunc fata aliquos præteriêre deûm,
Asperiora iterum uenient, tandemq; parentum
Auctorum nati facta scelesta luent.
At nos sic homines unà iustiq; maliq;,
Id quod quisq; tenet, ducimus esse bonum,
Donec quid paßi lachrymas fundamus inanes:
Interea ad spes nos ocia uana trahunt.
Si cuius squallent exangui corpora morbo,
Certò persuadet sana futura sibi.
Cum sit hic ignauus, fortem se iudicat esse,
Pulchrum deformis se quoq; censet homo.
Pauperie hic rapida postremam rosus ad arcam,
Se tamen immensas cogere credit opes.
Colligit hic alibi, ille per æquora salsa uagatur
Nauibus, exoptans lucra referre domum,
Per mare piscosum uentis delatus iniquis,
Omnino uitæ nulla pericla timens.
Alter pingue solum curuo perstringit aratro,
Cuius in inflexo uomere cura uacat.
Vulcani artificis notis, doctæq; Mineruæ
Artibus ad uictum colligit ille satis.
Alter Olympiadum Musarum munera doctus,
Affectus sophia frenat ubiq; suos.
Vatem alium primus iaculator fecit Apollo,
Qui destinatum prædicet antè malum:

Cui faueant superi. uerùm fatalia prorsus
Soluere nulla queunt sacra, nec augurium.
Pharmaca Pæonis, medica qui floruit arte,
Nonnulli exercent: meta nec bosce regit.
Exiguus nam sæpe dolor dimanat in acrem,
Quem medicina quidem blanda leuare nequit:
Hunc grauibus multo languentem tempore morbis
Contingens sanum protinus ille facit.
Commoda nonnunquam fatoq; molesta trahuntur,
Nec tibi missa deûm dona uitare potes.
In cunctis discrimen inest: nec nouerit ullus,
Vertere quò se rem debeat aggrediens:
Incœptas alius bene res absoluere tentans,
In magnam noxam labitur improuidus:
At subiens alius non ritè negocia, fausto
Successu rerum soluitur inscitia.
Porrò nullus opum mortales inter, habetur
Finis: nam nostrûm qui bona plura tenent,
Bis tantum quærunt: quis nam satiauerit omnes?
Vulpinos astus dij tribuere uiris.
Hinc tamen emergit clades, quam Iuppiter ultor,
Cum mittet, nullus non aliquando feret.

Eiusdem.

Inter mortales quos lustrant lumina solis,
Nullus non miser est, nemo beatus inest.

Eiusdem.

Mors mea ne careat lachrymis: linquamus amicis
Mœrorem, ut celebrent funera cum gemitu.

Eius-

Eiusdem.

Nube niues tenues, & grando gignitur acris,
Et tonitrus alto fulgur ab axe ciet:
Flatibus aßiduis miscentur & æquora: si quis
Non moueat, quicquam iustius esse nequit.
At cecidere uiris persæpe potentibus urbes,
Detrusa inq; ferum plebs stolida imperium est.
Nam quæ sat fuerat populo permissa potestas:
Nec detractus enim, nec datus ullus honos.
Ast ij diuitijs magnis opibusq; superbi,
Queis præterquam æquum munera nulla dedi.
Sed ualida amborum muniui pectora parma:
Vincier at neutrum, uincere néue tuli.

Eiusdem.

Tu nunc sceptra tene Solis per secula felix
Regnans, hancq; urbem post genus omne cole:
Me Cypris antiquo celeri cum puppe remittat,
Littore quæ uiolis frondea serta gerit:
Et mihi post tanto nomen pro munere grates
Soluat, & in patriam diua secundet iter.

Eiusdem.

Tristia commissæ luitis si præmia noxæ,
Ne uos in superos concitet ira deos.
Namq; uiros auxit uestri custodia quondam,
Subdita qui uobis sub iuga colla premunt.
Quiuis enim uestrûm uulpis uestigia calcat:
Vobis mens stolida est omnibus, atq; leuis.

Suſpicitis nam linguam hominis, uerſutaq; uerba,
Quod tentet nemo cernere curat opus.

Eiuſdem.

Mox uentura dies mea ſit, quæ inſania cunctis
Monſtrabit, uero proſiliente palàm.

Eiuſdem, Melanchthone interp.

Non urbem ſuperi cupiunt euertere noſtram:
Et nobis, niſi ſint numina læſa, fauent:
Ac noſtræ cuſtos arcis Tritonia Pallas,
Perpetua cura mœnia noſtra tegit:
Ipſi ſed patriam ſceleratis mentibus ultrò
Conantur ciues dilacerare ſuam.
Nam precio quidam uendunt legesq;, fidemq;,
Aurum qui nullo iure modoq; petunt.
Sæuitiam exercent, rapiuntq; tyrannida quidam,
Induat ut iuſtus ciuibus arma dolor.
Pars ſtudet & ſarcire domeſtica damna rapinis,
Exhauſit patrias cum malè luxus opes:
Diripiuntq; urbis patrimonia publica noſtræ,
Et ſibi diuitias uiq; doloq; parant:
Et non iuſticiæ formidant numen & iram,
Conſilijs ſuperûm quæ dea ſemper adeſt.
Hæc oculis cernit uigilantibus omnia facta:
Nemo putet falli numina poſſe deûm:
Et quamuis pœnas differt aliquando, tacetq;,
Mente tamen memori facta nefanda notat.
Exigit & tandem pœnas: non regna, nec urbes

Effugiunt

Effugiunt clades, quas meruêre, graues.
Hinc urbs diuitijs quondam, imperioq; superba,
Seruitij patitur tristia iura modo:
Aut rabidi ciues in mutua uulnera stringunt
Exorta gladios seditione suos:
Aut ualidos hostes sine causa fortè lacessunt,
Sopitumq; mouent quod fuit antè malum.
Nanq; urbs quæ socios iniustis prouocat armis,
Mox ruet, & subitis est peritura modis.
Casibus his ualidæ gentes delentur, & urbes,
Pro spreta pœnas quæ pietate luunt.
Et si qui excidio patriæ fortasse supersunt,
Posthac fata illos non leuiora manent:
Extorres, sine spe, sine sede, inopesq; uagantur,
Aut empti precio uincula dura gerunt.
Sic partem fert quisq; suam, cum publica clades
Incidit, & prohibet ianua nulla malum:
Non latebræ quenquam fugientem abscondere possunt,
In thalamos penetrant publica damna tuos.
Hæc moneo ciues, nec fabula ficta putanda est:
Leges atq; deum spernere, crede, nocet.
Sed placidam retinet pacem reuerentia iuris,
Peccanti quæ non parcere lenta solet.
Hæc prohibet turpem luxum, frænatq; rebelles,
Crescere nec patitur semina sparsa mali.
Iudicis emendat fraudes, uiolentaq; facta,
Nasci inter ciues, dißidiumq; uetat.

Deniq; uita hominum tranquilla & honesta manebit,
Seruandi leges dum pia cura manet.

Eiusdem.

Nascitur ex opibus satiata iniuria multis.

EADEM ELEGIA À IOAN.
Lango latinè uersa.

Non metus est, nostram ne perdat Iuppiter urbem,
Vlláue magnorum fata sinistra Deûm:
Sic illam incolumem discrimine seruat ab omni,
Præsidioq; tenet casta Minerua suo.
Cæcus auariciæ studio sua mœnia ciuis
Ipsemet, & patriam perdere stultus amat.
Hoc ut agant plebis rectores, nulla recusant,
Tam mens est illis improba, ferre mala.
Delicijs nequeunt placidáue quiete fruisci,
Et mensa dapibus luxuriante suis.
Diuitijs omnes credunt nil turpe parandis:
Tantum nunc uulgò lucra pudenda ualent.
Publica priuatis miscentur, sacra profanis:
Non his, non illis parcit auara manus.
Congerimus, rapimus, fraudato uiuimus omnes:
Cura nec Astrææ mentibus ulla subit.
Illa tacens autem, uindictam infesta minatur:
Quam nec quæ fiunt, facta nec antè latent.
Sic totam sæuit contagio dira per urbem,
Quæ iam seruitij fert malè sueta iugum.
Dißidium hinc ciuile, hinc bella iacentia surgunt,

Queis

Queis perit ante diem grata iuuenta malis.
Nam solet urbs miseros, cui sit discordia curæ,
Iniustis ciues lædere iudicijs.
Hæc mala publicitus uersantur, nec tamen illis
Priuatim sentit quisq; minora domi.
Longinquas inopes uenum mittuntur ad oras,
Et precio addicti uincula fœda gerunt:
Nataliq; procul, lacrymis luctuq; perenni,
Inuisos ducunt à regione dies.
Vt limen clausis priuatum postibus obstet,
Sic tamen & subeunt publica damna fores:
Altos transiliunt muros: nec fugeris illa,
Seu thalamus clausum, siue latebra tegat.
Cum leges soleant corruptaq; iura nocere,
Ciuibus hæc duxi commemoranda meis.
Omnia salua manent, ubi recta lege decenter,
Riteq; res geritur ordine quæq; suo:
Compedibus fraudes ubi constringuntur iniquæ,
Pœnaq; supplicio facta maligna premit.
Vrbem felicem, locus est ubi legibus æquis,
Et uires retinent iura sacrata suas.
Non illic luxus regnat, moresue proterui:
Cuncta tenent recta cum ratione modum.
Publica res floret, tum noxia damna facessunt,
Et bona miratur crescere quisq; sua.
Iudicijs fraus omnis abest, & facta superba,
Cumq; suis cessat factio dißidijs:

Cum rixis cedunt iræ:sunt omnibus apta
Omnia,nec quidquam commoditate caret.

EIVSDEM SOLONIS, SIGISmundo Gelenio interprete.

Impubes pueri septem uoluentibus annis
Claudunt enatis dentibus eloquium.
Post alios totidem,diuorum numine dextro,
Occultum pubis nascitur indicium.
Annis ter septem prima lanugine malas
Vestiet,ætatis robore conspicuus.
Quartus id augebit,iam septenarius,isq;
Optima uirtutis proferet indicia.
Adde alios totidem,festinans ocyus ætas
Coniugio monuit quærere progeniem.
Sexta ætas,animo si quid deest addet,eaq;
Disces quid deceat,quid quoq; dedeceat.
At quæ succedunt per proxima ter duo lustra,
Ornabunt linguam dulcibus eloquijs.
Nona ætas languet,tum frigida membra retardant
Virtutem non unquam interituram animi.
At quisquis decimam poterit contingere metam,
Iam tempestiuo funere conciderit.

Eiusdem, de Deo.

Ex Clemente.

Noticiæ haud facile est obscuram mente uidere
Mensuram,rerum quæ ultima sola tenet.

Ex

Ex eodem.

Ipse suo regno ditioneq́; continet omnes,
Nec gerit imperium tantum ex mortalibus ullus.

Eiusdem Solonis.

Omnibus atq; uiris mens est obscura deorum.

Eiusdem.

Legibus his oro primùm rex Iuppiter adsit:
Fortunamq́; ferat fœlix, nomenq́; secundet.

Apollo ad Solonem.

Puppe gubernator media stans dirige cursus:
Subsidio multi uenient, ne differ, Athenis.

Eiusdem Solonis.

Grataq́; sunt Veneris nobis, & dulcia Bacchi,
Quæq́; uiris Musæ munera læta ferunt.

Eiusdem.

Dum propero ad senium, discere multa libet.

Finis Carminum Solonis.

E' TYRTAEO, CLAVD. MONsello interprete.

NOn ego uel cursus, uel claræ nomine luctæ,
Commemorare uirum nec celebrare uelim:
Nec si corporeis Cyclopas uiribus æquet,
Et celerem currens anteuolet boream;
Nec si Tithono fuerit formosior ipso,
Sitq́; Mida longè ditior, aut Cinyra:
Nec si uel Pelope audaci mage regius esset,
Linguaq́; Adrastæo plena lepôre fluat:

Nec si laus omnis foret huic, nisi bellica uirtus:
  In bello quoniam strenuus esse nequit,
Si non sustineat cædem spectare cruentam,
  Conserat & denso primus in hoste manum.
Illa quidem uirtus, atq; optima præmia ferri
  A' iuuene ingenti nec sine laude solent.
Spes & fida salus populi est totius & urbis,
  Qui primos inter continua arma gerit:
Nec fugere omnino didicit, nec uertere terga,
  Audaci est animo: cuncta pericla subit.
Hortaturq; mori socium, & discrimina ferre,
  Ille uir in bello strenuus unus erit.
Iamq; hostile premens magna ui contudit agmen,
  Rexit & arbitrio nobile Martis opus:
Ac tandem occubuit confossus in ordine primo,
  Nobilitans patriam, nobilitansq; patrem,
Postquam ictus crebros dissecto umbone recepit,
  Vndiq; uulneribus saucia membra gerens.
Illum omnes pariter deflent iuuenesq; senesq;,
  Et summa exequias urbs pietate facit.
Multus honos tumulo, natisq; rependitur eius,
  Et soboli illorum, quæ genus inde trahet.
Non decus illius, celebris nec fama peribit:
  Immortalis enim est, sit licet in tumulo,
Quisquis in arma ruens, nec sæuo à Marte recedens,
  Pro patria & natis fortiter occiderit:
Si uerò incolumis mortem uitarit acerbam,

Rettulerítq;

Rettuleritq; sua parta trophæa manu,
Illum omnes pariter decorant iuuenesq; senesq;,
Et bona percipiens plurima lætus obit:
Affectus senio toti gratißimus urbi est,
Prorsus & hunc ipsum lædere quisq; cauet.
Turba senum iuuenumq; loci concedit honorem,
Nullus & æqualis se æquiparare uelit.
Ergo aliquis tantæ uirtutis tangere culmen
Conetur, toto pectore bella petens.

Eiusdem, uel Callini.

O' iuuenes, quid uult sibi tanta ignauia? ubinam
Sunt animi? num de finitimis rubor est
Segnitiem ob uestram? secura pace potiri
Creditis: at bello patria tota tremit.
Quilibet audacter mauortia surgat ad arma:
Atq; aliquis moriens ultima tela uibret.
Pro patria pulchrum est, natisq; & coniuge chara
Pugnare, & ualida bella ciere manu.
Mors aderit, cùm fata uolent. iam quis mihi rectà
Prodeat in pugnam, cùm citò cœpta fuit,
Tollens terribili gladium uirtute, tegensq;
Fortia prægrandi pectora sub clypeo?
Effugere haud ulli mortem conceditur, etsi
A' superis ortum duceret ipse suum.
Sæpe quis à bello, telisq; reuersus, & hoste,
Repperit in proprijs ædibus exitium:
Nec tamen hic gratus populo est, nec amabilis ulli:

Illum

Illam autem deflet cum iuniore senex.
Quippe sui desiderium post fata relinquit
Fortis, at in uita est semideo similis.
Conspicitur siquidem ueluti fortißima turris:
Nam quae multi agerent, omnia solus agit.

Eiusdem.

Alcidae sed enim genus insuperabile, forti
Est animo: nondum flexa Iouis facies.
Vos ne turba uirûm, densus ne terreat hostis:
Omnis in aduersos obuia tela gerat.
Inuisamq; adeò statuens abrumpere uitam,
Praecipiti cursu malit obire semel.
Nostis enim quàm sint horrentia praelia Martis,
Nostis & armigerae quanta sit ira deae.
Terga cecidistis partim, partimq; fugati
Estis, & experti scitis utrunq; satis:
Qui perstant simul, & primi certamina tentant,
Audentes animo cominus arma sequi,
Perpauci moriuntur, & à tergo agmina seruant:
Ast hominis timidi gloria tota perit.
Vix mala quis uerbis perstringere singula poßit,
Quae uir, qui in bello turpia geßit, habet:
Nempe ingens ignominia est, fugitare parantis
Lethali gladio terga secare uiri:
Turpe & puluerea stratum tellure cadauer,
Dorsa gerens crebris saucia uulneribus.
Progrediens aliquis maneat pede firmus utroq;

In terra, stricto dente labella premens:
Et latum obijciens clypeum protendat ad ictus,
Qui femora atq; humeros, pectus & omne tegat:
Atq; manu dextra robustam torqueat hastam,
Et summo pendens uertice crista tremat.
Fortiter arma mouens, bellandi exerceat artem:
Nec procul à telis perstet habens clypeum.
Congrediens aliquis gladium uibrando, uel hastam,
In pugnam, socium cominus accipiat.
Cum pedibusq; pedes, cum scutis scuta coaptans,
Cum crista cristam, cum galea galeam:
Et pectus iungens cum pectore, pugnet in hostem,
Siue tenens hastam, siue tenens gladium.
At uos, qui leuibus nudi trepidatis in armis,
Grandia præualida mittite saxa manu:
Atq; hostes contra teretes torquete sagittas:
Nec quis ab armatis ausit abesse uiris.

Eiusdem.

Gloria magna uiri est, qui primas ante phalangas
Occubuit, patriæ nomine bella gerens.
At miserum est, aliquis patria cum pulsus & agris,
Mendicans uictum quærit ubiq; suum,
Et chara cum matre, sene & genitore uagatur,
Vxorem iuuenem & pignora parua trahens.
Namq; odiosus erit, quamcunq; migrarit in urbem,
Vt qui pauperiem pergraue gestet onus.
Et genus infamat, & formæ turpat honorem:

Deniq;

Deniq; & anxietas & dolor omnis adest.
Atq; uiri tandem per tot discrimina tracti
Quis pudor? aut quæ animum tangere cura potest?
His nos pro patria,& natis moriamur in armis,
Nec uitam metuat perdere quisq; suam.
O' iuuenes propè conferti Mauortis obite
Prælia,nec turpi uertite terga metu:
Audaces quin este animis,& pectore forti,
Inter pugnandum nec sit obire graue.
At queis iam nec membra uigent,& quassa pedum uis,
In bello pudeat deserüisse senes.
Infame hoc & turpe nimis,iuuenum ante cateruas,
In primis senior si cadat agminibus:
Canos iamq; gerens barbæ,capitisq; capillos,
Exhalans animam puluercam per humum:
Atq; tenens manibus respersa cruore pudenda,
Cernenda iratis non nisi luminibus:
Omnia persimilis iuueni,conamine magno
Vt pubertatis flos sibi detur,agit.
Ille oculis hominum gratus,dum uiuit,habetur:
Strenuus at primis cæsus in agminibus.
Progrediens aliquis maneat pede firmus utroq;
In terra,stricto dente labella premens.

E' NAVMACHIO, SIM. VALlamberto interprete.

EXpertem ueneris satius mansisse,pudore
Indomito,& puris meditari gaudia curis:

Atq;

Atq; utero nullum grauidanti tollere pondus,
Lucinæ & duros non formidare labores.
Ast in fœmineo reginam accumbere cœtu,
Mentis eò uitæ mittentem lumina, uerum
In qua connubium pulchrumq́; iugatur, & in qua
Diuinis claros monitis parit obsita sensus.
Quòd si te ignotæ uitæ subit alta cupido,
Dicam equidem prudens, qua tu ratione secundis
Hanc ducas nauem uentis, ac pectore læto.
Hic tibi sit coniux quem decreuere parentes.
Viues, si fueris prudentem nacta, beatè:
Sin secus, hunc animo fas est tolerare libenter.
Quòd si quid suadens prudenti fuderit ore,
Obsequitor: morum nec sit discordia, blandis
Ac potius uerbis tristes huic exime curas.
Est indignanti coniux doctrina marito.
Ille foris tractet quæ poßit munera rerum:
Ipsa domus custos priuatam suscipe curam.
Fœmineum quæ scire nefas genus, absit ab illo
Vt perconteris. facilem te redde loquenti,
Cum te consilio iunget: cunctatáq;, paucis
Responde: neq; suscipias mandésue quid æquè
Ac poßis pariter: nam sic frustrabere tandem.
Est solo contenta uiro proba nupta: nec ipsam
Alter conspiciet nudam iacuisse cubili.
Stultè facta uiri toleres: est namq; necesse,
Sæpe etiam morbum, quantumuis anxia poßis.
Supprime pectoribus curas: neq; facta mariti

In uulgus profer, tacita hæc lateantq; parentes.
Sola sed errantem moneás, idq; ore decenti.
Commouisse potest hominem malè condita sanum,
Sæpe uel insanum placata oratio mulcet.
Si sceleratorum uitium contraxerit usu,
Ipsum ne iurges, contrà nec suscipe rixas:
At fere dißidium socijs, ut fœdera rumpant.
Est facilis dissoluendi uia pacta malorum,
Estq; uiris in amore probis coniunctius addi
Et sanis. quis enim stultum sibi poscat amicum?
Ergo sic dulcem complectere corde maritum:
Noscat & hic clarè, toto quàm pectore natos
Amplexere: etenim non est ijs moribus, ipsum
Nosse fidele quidem, neq; iungere pectus amantis.
Illa autem exaudi uirgo, quæ pectore serues.
Nec facilem risu uultum, nec suscipe tristem:
Ocia nec ducas, moderatos sume labores.
Te lenem nimium seruis, nec rursus acerbam
Præbe: semper enim dedit indulgentia damnum.
At timidis dominus multo magis imperat audax.
Antè alienigenûm fugias consortia, uerè
Quàm sint ex alijs horum tibi pectora nota.
Ne malesuada tuas anus admittatur in ædeis:
Omnino euertêre domos silicernia multas.
Nec linguax subeat mulier consortia tecum:
Corrumpit sanos non sana oratio mores.
Auro ne studeas nimium, neq; lactea colla

Purpureiue hyacinthi onerent, uiridis uel iaſpis,
Iſta, quibus nimis incumbit gens neſcia recti.
Tu uerò uirgo nugalem deſpice mundum,
Nec ſpeculo manibus diſcernens inſpice formam.
Sed neq; multiplices nodis intexe capillos:
Lumina nec cingant falsò nigrantia malæ.
Haud generi natura dedit non integra ueſtro
Corpora, quo ſit opus formas aſſingere formis.
Quo te uirgo uiris ſapientibus ore parabis,
Mortale hoc corpus uario depicta colore?
Te tibi diſsimilem uideo, nec prorſus eandem,
Vno non unam fœmellam nomine uultus.

Eiuſdem.

Eſt aurum argentumq; nihil niſi puluis, & ipſi
Quos maris ad littus permiſcet arena, lapilli,
Fluminis & temerè profert quoq; ripa iacentes:
Tum quibus inſudant undoſa per æquora nautæ,
Muricis & Tyrij ueſtes cruor inficit oſtri.

E' MIMNERMO.

NAſcimur, ut florum folia alma coloribus hora
Profert, cum ſoles percipit aura nouos:
Queis ſimiles, fluxo exhilaramur flore iuuētæ:
Quæ mala nos maneant haud liquet, atq; bona.
Interea atratæ ueniunt ex ordine Parcæ,
Hæc ſenio triſti, morte graui illa premens.
Scilicet ætatis fruimur feruore puſillum,
Quantum ſol terris porrigit orbe ſuo.

Ast ubi defeßis mutatur uiribus ætas,
Mors tum quàm uita est experiunda magis.
Multis nanq; malis animus uexatur, & ædes
Perdunt ærumnæ, pauperiesq́; grauis.
Sunt queis deficiat proles: rebusq; cupitis
Frustratos alios impius Orcus habet.
Pestiferi tentant alios morbi: neq; quisquam
Non patitur celsi fulmina multa Iouis.

Eiusdem.

Vana uelut nequeunt somnia stare diu:
Sic iuuenile decus nec durat, sed caput instans
Tristis & informis, curua senecta petit,
Obscurans claros, odiosa, infamis & iners,
Oblædens oculos, ingeniumq́; simul.

Eiusdem.

Qui formosus erat, quum se mutauerit ætas,
Inuisus natis fit pater, ac socijs.

E' CALLIMACHO.

IVrauit, sed uera ferunt, quæ adhibentur amore
Iusiuranda, aures nulla subire deûm.

Eiusdem.

Pinguia quæ sensi madidis unguenta capillis,
Atq; tuli circum suauia serta comas,
Omnia continuò periêre, inolentia prorsus:
Eq; gula uentrem quæ subiêre pigrum:
Crastina lux horum nil continet: at quod in aures
Accepi, firmum pectore mansit adhuc.

Eius-

Eiusdem.

Nec uita aucta bonis uirtute absente feratur.

Eiusdem.

Dant semper paruis parua obeunda dij.

EX EVENO PARIO.

Quicquid protuleris, pariter conuellere multis
Consuetum: at rectè nemo studere solet:
In quos, quod prisco fertur sermone, reorq;,
Illa tibi placeant, hæc mihi certa placent.

Eiusdem.

Si tibi quæratur sapientia, fortiter aude:
Sin minus, audentis prauus inersq; labor.

Eiusdem.

Sæpe hominum mentes excandens ira recludit
Cæcas, quamq; furor deteriora parit.

Eiusdem.

Nascitur ex longi meditatio temporis usu,
Atq; in naturam desinit aucta diu.

Eiusdem.

Durum est quod cogit, quodq; necesse pati.

E' RHIANO.

Siccine decipimur mortales mentibus omnes,
Accipimusq; deûm uariantia munera cæcis
Pectoribus? nam quem paupertas durior urget,
Multa agitans secum, maledictis numina uexat,
Virtutisq;, animiq; sui contemptor acerbus:
Non audens quicquam magnum dicat, faciátue,

Quem timidum ditescentis præsentia terret,
Et cui corda pudore malo ac mœrore fathiscunt.
At bona cui fortuna fauens, opibusq; potiri,
Imperioq; dedit Deus, hunc obliuio cepit,
Quòd pedibus terram terat, ex mortalibus ortus:
Sicq; superba solet falsus iactare, Tonantis
Instar, & arrectam ceruicem tollit in altum,
Formosamq; pusillus uult ambire Mineruam,
Quærit quaq; uia ad summum contendat Olympum,
Vt magnus magnis epulans cum dîs agat æuum.
Mollibus at pedibus quæ circumuoluitur Ate,
Supremo capit insperata, inuisaq; tandem,
Nunc ueterum pœnas uultu iuniore rependens,
Nunc ueteri scelerum iuniorum considet, alto
Gratificata Ioui, atq; Dicæ charissima sanctæ.

EX ERATOSTHENE.

EST eadem uini atq; ignis uiolentia sumpti:
Aestuat, ut Libyci fluctuat unda maris,
Quam notus aut boreas agitant: & operta recludit
Funditùs, atq; uiri pectora magna quatit.
Ela agedum bibe nunc hospes: non infima uirtus,
Permultos si quis calices exhauriat ipse,
Helluo doctus & egregius, socijsq; propinet:
Nec minus in medijs epulis est fortis habendus,
Quàm ferus in bello miles lachrymoso, ubi pauci
Extant qui inuadant martem, excipiantq; cruentum.
Huic ego contulerim qui inter conuiuia lætus

Exhi-

Exhilaret socios, & Bacchi pocula libet.
Non etenim puto ego uitalem uiuere uitam
Aerumnosi hominis, quisquis noua pocula siccum
Ingerit in pectus, uino potiore relicto.
Bacchus enim prodest, quantum mortalibus ignis.
Vina bonos faciunt, mala auertunt, exhilarantq;.
Queis comites sacræ Thalia Aglaiaq; sequuntur,
Et lepidi saltus, & suauis gratia amoris,
Et certaminis, & pungentis corda doloris.
Quin igitur tu epulans animis lætantibus hauri
Pocula mera bibens: nec uulturis instar edacis,
Desideas plena aluo, oblitus læticiarum.

Eiusdem.

Vino nil melius concessum munere diuûm
Extitit: at modicum prodest, nocet immoderatum.

E' LINO, VALLAMBERto interprete.

SCire uiam in primis ueram rectamq; labora.
Intentus monitis aures & pectora nostris,
Damnosas nimium sortes auerte, profanum
Quæ sternunt uulgus; noxisq; per omnia uinctos
Omnigenis cogunt, specieq; teguntur inani.
Has procul ex animo pellat custodia mentis.
Purgabunt ueluti nam te ista piacula ritu,
Harum si fueris genus exitiale perosus,
In primisq; iram, semper quæ est causa malorum,
Quam stolidis ductat frenis uesana libido.

Eiusdem.

Omnia ſperandum:nec enim inſperabile quicquam,
Ac nil non,facile eſt:quæ uult facit omnia numen.

E' MENECRATE.

QVærimus abſentem uotis,præſensq; ſenectus
Carpitur:ut placeant cuncta futura magis.

E' POSIDIPPO, ERASmo interprete.

QVódnam iter humanæ cupias inſiſtere uitæ?
Quoquò te uertas,omnia plena malis.
Litigijs cauſisq; forum ſtrepit uſq; moleſtis:
Perpetua cruciat ſollicitudo domi.
Enecat aßiduis rus triſte laboribus:undas
Et freta ſi ſulces,mille pericla premunt.
Viuenti peregrè,ſi res tibi ſuppetat ampla,
Cuncta miſer metues,nec bene tutus ages:
Rurſum ſi uacuæ pendebunt ære crumenæ,
Vt durum ac miſerum eſt hoſpitem egere uirum?
Coniugium ſequeris:quanta hic te cura ſequetur?
Deſolatus eris,ſi ſine coniuge eris.
Si tollis ſobolem,multo educandá labore eſt:
Non tollis,orbi lumine uita uacat.
Si iuuenis fueris,uaga & inconſulta iuuenta eſt:
Viribus effœta eſt cana ſenecta ſuis.
Ergo quid eſt reliquum,quæſo,niſi ſanius ut optes
Alterutrum:aut nunquam triſtibus è finibus
Materni prodijſſe uteri:aut ubi protinus illinc

Exieris, Stygias abdier in tenebras?

METRODORI, EX aduerso.

QVamlibet immò uiam uitæ ingrediare licebit,
Vndiq; blanditur plurima commoditas.
Concio si placet atq; forũ, hinc uberrima famæ
Materia, hinc ingens gloria colligitur:
Hinc bene tractandis prudentia callida rebus
Exeritur: rursum uita quieta domi est.
Rura petis? uario illic oblectamine mentem
Naturæ facies pascet amœna tuam.
Dulcia prædiues lucra suppeditauerit æquor.
Si peregrè uiuis, resq; tibi superest,
Multus honos comitatur: habes nil, ergo pudoris
Est minus, ipse tibi conscius unus eris.
Vxor ducta tibi est? domus optima proinde futura est.
Non ducta est? curis exoneratus ages.
Si tibi dulce patris cognomen pignora nata
Donant, & quod ames, unde & ameris erit.
Orbus agis? orbi est sine sollicitudine uita,
Quam patribus soboles ferre alitura solet.
Vt constant uiridi roburq; uigorq; iuuentæ,
Commendat pietas sic sua caniciem.
Nil ergo uideo causæ cur alterutrum optes,
Aut nasci nunquam, aut interijsse statim.
Quandoquidem humanæ quæ tandem est portio uitæ,
Non optanda bonis atq; adamanda suis?

E' SIMONIDE, GEORGIO BVCHA-
nano Scoto interprete.

Rebus in humanis nulla est constantia certa,
Veridico uates Chius ut ore canit.
Non minus est folijs hominum gēs fluxa caducis:
Pauci ubi ceperunt auribus ista, suis
Pectoribus fixere. animis namq; indita quondam
Spes teneris blandè credula corda fouet:
Et dum læta uiret iucundo flore iuuenta,
Percursant animos irrita multa leues:
Nec senium, mortémue pauet: neq; corpore sano
Prouida uenturi cura doloris adest.
O' malè stultorum mens credula, qui breuis æui
Tempora non norint quàm fugitiua uolent.
At tu præmonitus, nigræ ad confinia mortis
Lætus age, & Genio gratificare tuo.

Ex iambis eiusdem.

Primùm seorsum à fœmina mentem Deus
Creauit: illam ex hispida setis sue,
Cui cuncta cœno fœda sordido, domi
Humi supellex turpiter prouoluitur.
Illota & ipsa ueste turpis, squallida
Pinguescit alto desidens in stercore.
Aliam è scelesta uulpe formauit Deus:
Quæ cuncta nouit, nec boni quicquàm aut mali
Ignorat: hoc in genere plurimum boni
Inest, maliq; plurimum: ac sæpe temerè

Modò

Modò huc,modò illuc flectit ira mobilis.
Alia parentem moribus refert canem:
Maledica,cuncta audire,cuncta cernere
Intenta,& acri cuncta figens lumine.
Paßim errat,& si neminem conspexerit,
Oblatrat.hanc uir nec minus compescere
Queat,nec ira turgidus si excusserit
Ei silice dentes,nec suaui blandiens
Sermone,nec si sedeat inter hospites,
Sed pertinaci iurgio incassum furit.
Hanc fabricarunt terream dij,inutile
Onus marito,nec boni quicquam,aut mali
Quæ norit:unum id docta tantùm,gnauiter
Comesse:& algens bruma cum induxit niues,
Horrens,sedile propius ad focum admouet.
Nunc animum ad illam uerte,quæ nata est mari:
Modò læta totum gaudet ac ridet diem,
Vt hospes illam laudet intuens domi,
Nullamq; iuret fœminam usquam gentium
Bonis,honestisq; hac priorem moribus.
Aliàs nec ulli facilis aspici,neq;
Patiens adiri propius,indomitùm furit,
Ceu fœta catulis accubans teneris canis,
Insuauis,aspra,tristis,ex æquo hostibus
Eadem atq; amicis:instar instabilis freti,
Quod nunc per æstum leniter stratum iacet
Fluctu quieto,& gaudium nautis parit:
Plerunq;

Plerunq; uasto sæuiens cum murmure
Attollit undas. illius planè refert
Quæ nata ponto fœmina est, imaginem,
Ingenio, & ira ceu fretum, mutabili.
E' cinere, & asina, exercita molestijs
Effecta, tandem uix coacta ui & minis,
In officio erit. desidens in angulo
Noctem, diemq́; se cibis ingurgitat.
Focumq́; sese propter etiam ingurgitat.
Ad ueneris autem furta amicum quemlibet
Aduentitantem suscipit promiscuè.
Mustela genuit aliud infelix genus,
Miserumq́;, formæ nulla cui sit gratia,
Nil suaue, nulla illecebra, nil amabile,
Inane amoris atq; mansuetudinis,
Et coniugalis negligens tori, uiro
Præsente acerbo nauseat fastidio:
Furtisq́; multis noxia est uiciniæ,
Necdum immolatis uescitur etiam sacris.
Aliam equa molli genuit exultans iuba:
Fugitans laboris & operum hæc seruilium est:
Nec admouebit aut molæ manum, aut cribrum
Tollet, domo nec efferet sordes, neq;
Furno aßidebit, uerita ne fuligine
Contaminetur. se coacta coniugi
Simulat amicam, bis quotidie: interim
Ter abluit se, & spargit unguentis, comam

Densam per humeros fusa,flore uerticem
Vmbrata,pulchrum cæteris spectaculum,
Miserum marito:ni tyrannus quispiam
Sit,rexúe gaudens apparatu huiusmodi.
Hæc è parente simia est:qua Iuppiter
Non tribuit homini pestilentius malum.
Huic singularis oris est deformitas.
Gradiens per urbem risui est paßim omnibus,
Ceruice circum uix caput flectit breui,
Depygis,arens osseis crurum artubus.
O' tale monstrum quisquis amplexu fouet,
Miserum maritum. callet instar simiæ
Mentesq; moresq; omnium:nec soluere
Risu ora curat,nec studet quicquam boni
Facere:sed unum id cogitat totum diem,
Secumq; uersat,arte qua tandem scelus
Designet aliquod maximè nefarium.
Ex ape creatæ coniugis felix uir est:
Quæ sola nulli crimini est obnoxia:
Vitamq; longam & floridam facit uiro,
Charoq; chara consenescit coniugi,
Fœcunda pulchræ & splendidæ propaginis.
Interq; cunctas fœminas spectabilem
Decore circum gratia ambit undiq;
Diuina:segnes nec frequentat circulos,
Vbi de uenereis fabulantur fœminæ.
Tales mulieres Iuppiter longè optimas,

Et singulari præditas prudentia
Præbet benignus, & fauens mortalibus.
At reliqua genera callido Iouis dolo
Creata cuncta sunt, & apud homines manent.
Has nempe pestem Iuppiter grauißimam
Produxit, etiam ut ferre si quid commodi
Videantur, ipsum id sit marito incommodum:
Nec integrum unquam transiget lætus diem,
Qui cum muliere degit una: nec famem
Diram è familia contubernalem, deûmq;
Hostem repellet facilè. cum uir maximè
Animo uidetur lætus, aut fato deûm,
Aut hominis ergò, tum reperta criminis
Occasione comparat se prælio.
Nam sicubi ædes uxor ullas incolit,
Nunquam hospes hilarè poterit illic excipi.
Quòd si qua frugi existimetur maximè,
Longè supra omnes illa damnosißima est,
Nempe oscitante coniuge. at uicinia
Lætatur errore eius, & nuptam ad suam
Animum retorquens quisq; laudat propriam,
Culpat alienam coniugem, cum cæteris
Nec esse parili sorte nos cognoscimus.
Nam maximum istud Iuppiter genuit malum,
Vinclumq; nodo strinxit insolubili,
Vnde explicauit Plutò morte plurimos
Mulieris ergò conserentes dexteras.

Eiusdem.

Eiusdem.

Muliere nulla res uiro præstantior
Bona euenire, nil mala peius potest.

Eiusdem.

Penes Tonantem est exitus rerum Iouem,
Fili, arbitratu cuncta qui gerit suo.
At mens hominibus nulla momentaneis
Est, in diemq; uiuitur mortalibus,
Prout quidq; numen singulis finiuerit.
Diuina blandis interim spes somnijs
Fouet uniuersos uana uoluentes. diem
Expectat iste crastinum, ille plurimas
Messes, nec ullus non sibi mortalium
Promittit hilaremq; & opulentum proximum
Annum: sed alium tristis ante terminum
Mors occupauit: morbus alium lugubris
Extinguit: alios martio in certamine
Domitos, nigrantes Pluto mittit ad domos:
Alijs procellis æstuantis æquoris
Iactans supremum claudit unda spiritum.
Quos uita curis tristis exercet malis,
Hi lachrymosa ad fata reste nexili
Solis relinquunt sponte lumen. sic mali
Immune nihil est, mille sed mortalibus
Parcæ minantur, ac inexplicabilis
Dolor, & calamitas. Si mihi tribuant fidem,
Se nullus ultrò cruciet indulgens malis,
Animum tenaci nec dolore exerceat.

Eiusdem.

Eiusdem.

Homo cum sis, nihil asſere ſtabile;
Nec ubi uideris hominem, certa
Spacia ætatis promitte. etenim
Muſcæ uolucris res in morem
Inconſtantia rotat humanas.

Eiusdem.

Nec ullus expers criminis, nec mortis eſt.

Eiusdem.

Vt arma fugias, fata non fugies tamen.

Eiusdem.

De luce caßis cor memoriam non ſupra
Vnum tenebit, ſi cor habeamus, diem.

FINIS.

BASILEAE, EX OFFICINA OPORINIANA, ANNO SALVTIS *humanæ* M. D. LXXVI. *Menſe Martio.*

